ra. Nō ob. quod in ipſa diffinitione præcedit: dum dicitur, quod eſt ſubſiſtentia ſperandarum rerum, &c. quia ſic exponit: fides eſt ſubſiſtentia. id eſt, fundamentum, ſeu firma ſubſiſtentia ſperandarum rerum: quia facit ſubſiſtere in nobis res ſperādas in præſenti per ſpē: in futuro per rem. Vnde nō comprehendit ſimpliciter futura: ſed res ſperandas, i. illas res, per quas ſperare debemus. Et hoc poteſt referri tam ad præſentia, quàm ad præterita & futura. Dum poſteà dicit, argumentum non apparentium. ideò ſic dicit: quia cum uolumus aliquid probare, dicimus: Abraham ſic dixit; Chriſtus ſic dixit &c. & ex his ſumimus argūm, id eſt probationem non apparentium. Et de hoc per magiſtrum ſentētiarum. libro tertio. diſtin. 24. a qui multipliciter diffinit ſpem: & dicit, ꝙ ſpes eſt uirtus, qua ſpiritualia & æterna bona ſperantur. id eſt, cum fiducia expectantur: & conuenit ſpes cum fide; q̄a eſt de inuiſibilibus, ſicut & fides. Nam quis non ſperat ea, q̄ uidet. ſed differunt ſpes & fides: quia ſpes eſt tm̄ de futuris. fides autem habet ſe ad omne tempus: ut in gloſſa. Item fides eſt bonarum & malarum rerum. Nam ex fide damnatio & uita æterna creduntur. Spes uerò eſt tm̄ bonarū rerum; quia nemo ſperat, ſeu deſiderat ſibi mala. Item fides eſt ſuarum & aliarum rerum. nā ex fide homo credit ſe ſempiternum, & Angelos ſempiternos. Spes uerò eſt ſuarum rerum, & ad ſe pertinentium; quia quis tm̄ ſperat, ſeu deſiderat ea, quæ ſunt ad ſui commodum: ut eſt uita æterna. Et ex prædictis habes defenſatam diffinitionem Apoſtoli, & quid ſit ſpes & quid fides: & in quo conueniunt: & in quo differunt. b ¶ In eadem gloſſa ibi; [& etiam Dęmones.] b uult ergo gloſſa, ꝙ Dęmones habent illam informem; quia non hñt illam informatā a charitate: & hanc fidem dicit glo. habere prauos & infideles homines. Iacobus de Albergo. refert magiſtrum ſentētiarū & alios Theologos c tenere Dęmones nō habere fidē, ēt informem: c quia fides pōt habitare in prauo illū in bonū inducendo: quod non eſt in Dęmone: quia non pōt amplius illum trahere ad bonum. Item fides informis prout eſt fides, ſapit naturā fidei informatę. & ſic fides ēt informis eſt uoluntaria certitudo; ut dicitur in diffinitione gloſſę. Vnde licet praui homines uoluntariè credant; Demon tñ credit; quia eius credere eſt contremiſcere. Nā deliberato uelle, non uellet Dęmō Deū eſſe; nec articulos fidei eſſe. & ſic in eo fides non cadit. Dñs Cardinalis nitit ſaluare dictum gloſſæ dicens, Dęmonem habere omnino fidem informem; ſed praui homines hñt informē: ſed non omnino. Nā Dęmon credit ſine aliqua inclinatione: ſed praui homines cū aliqua inclinatione. Puto primū dictū uerius: quia ut ſuprà dictū eſt, in fide requirit uoluntas, in credente: & hanc uolūtatem Demon nullo modo habet. uide tñ per magiſtrum ſententiarū in loco ꝑallegato. ¶ In eadem gloſſa ibi: [fides noſtra eadem eſt in ſubſtantia.] Aduerte, ꝙ ſm Iacobum gloſſa ꝯdicit ſibiipſi, nā hic in principio dicit unā eſſe fidem numero. & tñ. i. dicit, ꝙ diſtat fides noſtra & antiquorū in qualitate, & i eo, qđ dicit, diſtant, in plurali numero: apertè innuit plures eſſe fides numero; & iō eleganti dixiſſet, ꝙ in fide noſtra & antiquorū diuerſitas notari non ꝑt; cū in ſe non differāt. Sed notat diuerſitas in modo credendi. & qđ unica ſit fides noſtra & antiquorum, habet in capi. 1. eo. tit. in clement. Et inſtat hic Ioannes Andr. in expoſitione huius uerſiculi Oſanna; & refert Auguſtinum tenere, ꝙ eſt uox obſecrationis mentis affectum magis exprimens: q̄ rē aliquam deſignans: ſicut apud latinos heu: eſt vox dolentis. & pape, admirantis. iſta enim ſcribi non poſſunt. Et ideò Hieronymus & Au 4 gu. dicunt, quòd verbū Oſanna, non potuit trāſferri in latinum. Quidam exponunt, ſeu interpretantur, Oſanna, id eſt gloria: alij redēptor: alij ſaluifica. quæ conueniunt Deo, qui ſaluauit totum mundū. Alij, ꝙ idem eſt dicere, quod ſaluum me fac obſecro: ab oſi, quod eſt ſaluifica. & anna, quod eſt interiectio obſecrātis: ideò ſecundū Ioā. Andræam debet dici, oſi anna, ſed vocabulū corruptè profertur. ¶ In eadē gloſſa ibi: [principales aūt articuli fidei.] In hac particula gloſſæ principaliter duo ſunt examinā- d da. Primò quot ſunt articuli fidei. d Scđò, q̄a gloſſa dicit, ꝙ clerici tenent illos ſcire explicitè & laici implicitè. Quid ē ſcire implicitè, 2 & q̄d explicitè. † Et primò ꝓ itellectu pmitte, ꝙ articulus ſecundū Richardū de ſancto vict. eſt indiuidualis veritas ſupra rōnē nos arctās ad credendū. Exēplū in illo articulo cōceptus, ſeu Incarnatus. Nā ꝙ homo fuerit cōceptus ſine ſemine, eſt ſupra oēm rōnē: & nihilominus hoc credere debemus. Et quo ad principalem q̄ſtionē: videlicet quot ſunt articuli fidei: gloſ. hic dicit, ꝙ ſunt ſeptem, quos enumerat. Et aduerte, ꝙ ponit incarnationem & natiuitatē ꝓ vnu articulo. quod nō placet doct. q̄a ſunt diuerſi articuli: q̄a q̄libet eorū arctat nos ſupra rationem ad credendū. de incarnatione ſuprà dixi. De natiuitate patet, q̄a eſt ſupra rōnem ꝙ virgo pariat: & ꝙ poſt partū remaneat virgo. 3 † Itē, quia in eo quod gloſ. dicit baptiſmū eſſe articulū fidei: non bene dicit ſm doctores, & bene: quia baptiſmus nō eſt articulus: ſed ſacra e mentū, e vt hic, & in. §. ſacramentū. & ſic remanent ſeptem articuli tollēdo baptiſmū, & diuidēdo primū articulū in duos. Et aduerte, ꝙ iſti articuli enumerati in gloſſa, cōcernunt humanitatē: alij verò dicunt, vt refert gloſſa, ꝙ ſunt duodecim, & hoc reſpectu cauſe efficiētis, q̄a duodecim fuerunt Apoſtoli cōponentes ſymbolū: & quilibet appoſuit partē ſuā. Theologi cōiter tenent & refert Ioānes Andræas, ꝙ ſunt quatuordecim tenētes hoc ex parte materiæ, quorū ſeptē cōcernunt diuinitatē: ſeptē humanitatē. Ad hoc adducit illud Ioānis 17. Hæc eſt. vita æterna, vt cognoſcant te ſolū Deum & Ieſum Chriſtum, quē miſiſti &c. Et ſic patet, ꝙ in credibilibus & in articulis debēt eſſe iſta duo occultū Deitatis & myſteriū humanitatis. De reliquis ſeptē concernentibus humanitatē, habes hic in gl. In alijs. vij. cōcernētibus diuinitatē, primus cōcernit diuinā eſſentiā: dū dr̄ in ſingulari: Credo in Deū. in hoc enim debemus cognoſcere diuinā eſſentiā, & vnicā ſubſtātiā. Tres verò ſequētes reſpiciunt pſonas ipſius trinitatis: dū dicitur: Credo in Deū patrem: itē & in filium: item & in ſpiritū ſanctū. Reliqui verò tres cōcernūt operationes ipſius trinitatis: quarum prima conſiſtit in collatione naturæ, id eſt, in prima creatione. dum dicitur: Creatorem cæli & terræ. Secunda cōſiſtit in collatione gratiæ: dum dicitur: Catholicam ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Tertia conſiſtit in collatione gloriæ: dum in fine dicitur: Carnis reſurrectionem & vitam æternā. Et ex his iunctis illis enumeratis in gloſſa habentur quatuordecim articuli, ſeptem concernentes diuinitatem, & ſeptē humanitatem. Dicentes verò, ſunt ſeptē articuli, dicunt ꝙ articuli cōcernentes perſonas Trinitatis, nō ſunt tres: ſed quod faciunt vnum articulum: vt credo in patrem & filium, & ſpiritum ſanctum: & ſic remanent duodecim: ſex concernentes diuinitatē, & ſex humanitatē. & dicūt ꝙ incarnatio & natiuitas faciūt vnū articulū: & ſic faciūt ſex. quod nō ꝓcedit ſm rōnē ſupradictā. Itē, vt numerus ſit cōpletus, diuidunt articulū collationis gloriæ: vt carnis reſurrectionem, & vitam æternam, ſed præcedens opinio videtur verior, & magis euacuat myſteriū fidei. ¶ † Circa ſecundum principaliter examinādum, ſcilicet, quid eſt ſcire explicitè:

¶ Ad iſtam mater. de baptiſmo dicas, ꝙ abſque dubio eſt ianua omniū ſacramentorum: & eſt fundamentū fidei vt in c. veniens. de presby. nō bapt. ¶ Et adde, ꝙ fundamentum fidei principale eſt ipſe Chriſtus: vt per do. Car. in cle. j. in j. q. de ſum. Trinit. Imò dicitur ipſe Chriſtus eſſe caput ipſi⁹ fidei: vt in c. j. de ſa. vn. ¶ Et adde, ꝙ tale ſacramentum poteſt conferri etiā in articulo mortis: vt in c. ſanctū. de conſe. di. iiij. & eſt no. glo. in c. a nobis. el ij. in verbo relaxatū. de ſent. excom. ꝙ etiam ideò verū eſt: vt eo caſu poſſit a laico, etiam ſi ſit fœmina, ſi deſit ſacerdos, cōferri: vt in d. ca. ſanctum. xxx. q. j. in c. ad limina. & in c. quod quidā. j q. j. & xxx. q. iij. in c. ſup quibus. aliàs autem non poſſet conferri a fœmina: vt in c. mulier. de conſe. di. iiij. Pōt etiam conferri abſente ſacerdote à Diacono extra caſū neceſſitatis: vt plenè p do. Card. in cle. 1. de bapti. ¶ Et adde, ꝙ talis baptizatus in articulo mortis, non poteſt promoueri ad ordines: vt in c. ſi quis ęgritudie. lxxvij. diſtinctio. Baptiſmus etiam liberat Iudæum a patria poteſtate. vt eſt gl. in c. Iudæorum. xxviij. q. j. & no. in c. Iudæi, de iudæ. & talis Iudæus baptizatus nō perdit ſucceſſionē patris Iudæi: vt p gl. in d. d. r. Iudæorū. & i d. c. Iudæi. de Iudæ. & p baptiſmū delēt oia peccata mortalia: vt p. d. Car. in c. j. i. §. hic eſt. de te. & vene ſan. & in cl. ſi. §. j. de pœnis. & nota. in ca. ſute pœ-

nit.de conſe.diſt.4.& licet liberet à pœna ſpirituali, non tamen liberat reum criminis à pœna temporali,nec tollit accuſationem,ut per gl.& docto.de diuor. & in c.nec quenquam. de conſecr.diſt.3. & in c.deinde. ad fin.26.diſtin.

a ¶Explicitè. Adde Tho.2.2.q.1.& Sco.in 3.lib.ſenten.diſt.25.
SEB. SAPIA.

e ¶Sine plica.& ibi:ſed ſimpl'r.Adde Ro.&doc.in l.c.§.ſi qs ſimpl'r. in 1.col.ff.de uer.ob.ubi allegat iſtū tex.& Bald.in l.1.C.de ædil. act.& Bar.in l.de ætate.§.qđ aūt.& §.nihil.ff.de inter.ac.& in l.1. §.ſi accuſationē.ff.ad Turp.Bal.in l.manifeſtiſſimi.C.de fur.& ī l. Gall⁹.§.1.ff.de lib.& poſth.& in l.fi.C.de dotis pmiſ.& in l. iubemus.C.de app.& in c. ſup lr̃is . de reſcri. & in l.inteſtato.C.de ſuis & legi.p Bald.& doc. & Car.in c. pterea.poſt gl.in uerſi.ſimpl'r.poſt glo.per iſtū poſt Butr. in c.ex parte.el 1.de off. deleg.per Bar.in l. bona fides. l pri. ff.depoſi. & in l. ædē.C. locati.in 3.col.& in l.1.in prin.per illū tex. ff.de uul. & pup. per Imo.in cle.ſepe. de uer. ſig.in uerſi. ſimpl'r poſt glo.per iſtū poſt Bu. in c.dilecti.i 2.co.de iu. p Bu. in c. ex pte.j. de of.del. p gl.in c. ei cu.de præbē.ī 6.per gl.in uerſi. ſimpl'r.in cap. is, q. de electiō. libr.6. & hoc eſt utile pp ſtatuta, q̃ dicunt ut poſitionibus rndeat ſimpl'r &ad commiſſiones reſcriptorū dicentes: procedas ſimpl'r ſcđm Mod. hic. Quibus adde Ange.de Are. iſt.de iuſtit.& iu.§.his itaque.capit.ſcriptura in uerbo ſimpliciter . de conſec. diſtinct. 2. & Gemi. in c. 1.in 2.col.uer.quæro,quare ultimo caſu.de poſt.pla. li.6.& in c.pe.in uer. quæro,quando dicatur pcurator cōſtitutus ſimpl'r. de proc. e.li.c.cū contingat.ī uer.ſimpl'r. de of.dele. & ibi doct. c. poſtulaſti. in uer.ſimpliciter deponente. de homi.& ibi p d. meum Barb. & gloſſ.eſt nota. 4. q. 3. in teſtib. conſiderandum, in uerſic. ſimpliciter.& gloſſ.exponit ibi, id eſt, ſine adiectione, uel obſcur.& ibi Archidiaco. exponit.i. ſine plica. & c. ſicut in uer. ſimpl'r.& de pla-

b ¶Hæretici. Vide Bar.Vero.in cau. 155. bonum & utile. repetita in cau. 184. & Iaſ. in rub.C.de ſum. tri. ubi Bald.no. hoc dictum, q ad defendendum ruſticos & idiocas perſonas, qui ſæpe impetuntur ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

c ¶Epiſcopi uerò. Vide text. & ibi Innocen.& doct. in ca. cum cunctis. de ele.
ZACHARIAS.

¶Adde utrum illiteratus ex Romani Pontificis diſpēſatione poſſit eſſe Epiſcop⁹. uide do.Fely.qui ſing. de hac . q. decidit,quòd ſic, in c. ſi quando. nu. 1.col. 10.in fin. uerſ.dum gl. ubi etiam de qua literatura diſpenſet.& de Ro. Pōtifice,an propter defectū literaturæ poſſit deponi uer. nihilomin⁹. glo. col.ſequent.
ZACHARIAS.

d ¶Pertinaciter nō defendit ſuum errorem.Adde quæ not. in addit. meis. ad Panor. in c. damnamus. nume. 50.in add. quæ incipit, defendentem opi. reprobatam. vbi latè examinat an & quando, & propter quæ ſit dicendus, aut cenſendus quis hæreticus. Cui potes addere nota. per Fel.poſt Hoſt. in c. uergentis.col. fi.uer.no. caſum. & in c.3.in prin. de hæret.

a plicitè a, & quid implicitè, eſt dicendum ſm doc.q explicitè eſt ſcire explicare articulos fidei,diſtinguere & defendere. Implicitè uerò ē credere ſm quod eccleſia credit,ita,q ſuā fidē
5 ſubmittit fidei eccleſiæ.† Et intm ualet hæc fides laicis,q ſi ratione naturalis motus credāt patrem maiorem filio,uel aliter errent,nō pp
b hoc ſunt hæretici b,quia non eſt illa fides eorū,ſed fides eccleſię cui ſe ſubmittit. Et hoc uerū dummodo ptinaciter non defendāt errorē ſuū. Ad hoc c. dānamus.j.eo. in fi.& c.hæc eſt
6 fides.24.q.1. ¶†Et aduerte ſm Inn.quia ſm diuerſitatem hominū,quædā datur menſura credendi & ſciendi. Nam laici adulti debent credere unum eſſe Deum remuneratorem omniū, & credere articulos fidei implicitè.Hanc mēſuram debent excedere clerici habentes curā animarū. Debēt.n.ſcire articulos fidei explici
c tè.38.diſt.c.1.& 2. Epi uerò c debēt plus ſcire, ut omni poſcenti reddant rationem.36.di.c.q eccleſiaſti.§.ecce.38.diſt.c.oēs pſallentes. etiā deliberato conſilio,ſi oportuerit & habito cōſilio cū ſapiētibus.Clericis uerò inferioribus, qui non habent expenſas,ut poſſint intendere ſtudio,& habere magiſtros, ſed proprijs manibus ſibi nictū quærunt, uidet ſufficere ſm Inn. ſi credant implicitè ſicut & laici.Debēt tñ aliquid plus ſcire de ſacro altaris,in quo quotidie uerſant . Sed ſi habent expenſas, tunc peccant,ſi non inſtant ut plus ſciant,q̃ laici. Vnde ſacerdos in foro pñiæ debet perſcrutari, quare non profecerunt in cognitione fidei, an pp groſsitatem ingenij,an pp defectionem expenſarū, an quia prætulerunt cognitioni alia bona opera, puta, quia intendebant pauperibus. Nā licet ob hanc cām impunè ptermittere hāc cognitionē fidei. Itē ſcientiā iuris pñt pręferre cognitioni fidei, ſi addiſcant, ut defendant pauperes in iudicio, qa hoc eſt pietatis opus. Non tñ debent ita illā præferre,quominus pficiant etiam in cognitione fidei modo prædicto.Laicos uerò habentes talentū ingenij,non putat Inn.peccare,ſi nō inſiſtunt cognitioni fidei,quia ad hoc non uerſai eorū profeſsio. Satis.n.eſt, q talentū ingenij non abſcondunt in terra. Et prædicta pcedunt quo ad pcm incur-
7 rendum †:ſed quo ad hoc,ut qs iudicet̃ hæreticus,non uſ dñia : quia clericus etiam literatus errans in articulis fidei,non eſt hęreticus,ſi p-
e tinaciter non defendit ſuum errorem e, maximè ſi credit eccleſiam ſic tenere,ut in præalle. c.damnamus.& c.hæc eſt fides.pall.quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Poſitionibus reſpondetur per verbum credo.*
2 *Doctor qui promiſit legere ſcholaribus,an poſſit alium æque idoneum ſubſtituere? quod recipit diſtinctionem.*

CAP. I.

F*Irmiter.* Non ſolet ſummari:ſed pſumma diuidit̃ in duas ptes principales. ſecunda ibi: *una vero*. Primò tractat de ſum.trin.& eius operib⁹ de fi.catho.& articulis fidei. Scđa pars principalis tractat de ſacr̃is.Et primò đ ſacr̃o Euchariſt. inferens de ſacr̃o ordinis. Secūdò de ſacr̃o baptiſmi:ibi: *ſacramentum*. Tertiò de ſacr̃o pñiæ ibi: *& ſi poſt*. Quartò de ſacr̃o coniugii:ibi: *non ſolum*. ¶Caſus literalis.Not.q poſt ſymbolū Apſtorū,q dr̃,Credo in Deum.quatuor concilia prodita fuerunt olim à ſanctis patribus de ſumma Trin.& Fide catholi.contra quoſdā hæreticos: de quibus quatuor conciliis legitur.15.diſt.c.1.in quibus cōdemnati ſunt quidā hæretici,qui de Fide cath. & ſum.Trini.perperam ſentiebant. & de hac Fide catholica legit̃.23. diſt. c. 2. Eſt & aliud ſymbolū maius,quod cantatur in miſſa,in Nicena ſynodo factum, pp Græcos,qui non credebant,q ſpūſſanctus pcedat ab vtroque. Poſt illud,aliud ſymbolū Athanaſii,ſecutū eſt.ſ. Quicunque vult iſtud concilium poſſet appellari quartū ſymbolum,in quo id, qđ de Fide cath. & ſum.Tri.in prædictis conciliis & ſymbolis continet̃, confirmat̃, & repetit̃. Vt ergo intelligas melius caſum:diuide ī quinq; partes,ſm qđ ſunt ſignatæ.In prima dr̃,q firmiter credere debem⁹ & ſimpl'r conſiteri,q vnus ſolus eſt verus Deus æternus, immenſus, & incommutabilis, oīpotens, & ineffabilis.ſ.pater & filius & ſpiritusſanctus:tres perſonę ſed vna eſſentia ſimplex omnino.Pater à nullo : filius à patre: ſpiritusſanctus ab vtroque procedens abſq; initio,ſemper & ſine fine:creator omnium viſibiliū & inuiſibilium,ſpiritualium & corporalium . qui ab initio tpis vtranq; de nihilo condidit creaturā ſpiritualem & corporalem:angelicam uidelicet,& mundanā.& poſtmodū humanā quaſi cōem ex corpore & ſpiritu conſtitutam . Diabolus.n.& alii Dęmones a Deo creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali : hō verò peccauit per Diaboli ſuggeſtionem.In ſcđa parte ibi: *hæc ſancta*. dr̃ : q hæc ſancta Trinitas,de qua pmiſſum eſt iuxta ordinatiſſimā diſpōnē temporū p Moyſen & prophetas,& alios famulos ſuos , humano generi doctrinā tribuit ſalutarem:& tādē vnigenitus Dei filius à tota Trinitate cōiter incarnatus ex Maria virgine, ſpiritusſancti cooperatione conceptus,verus hō factus ex aīa rationali & humana carne compoſitus,vna perſona in duabus naturis viam vitæ demonſtrans ſm diuinitatem immortalis: ſm humanitatem paſſibilis & mortalis⁹, ſubiiciēdo qnq; articulos fidei in pſona ipſius dñi,redditurus in fine ſeculi tā reprobis:q̃ electis ſm merita ſua. Ber. ¶No. primò, qualis debet eē fides:debet.n.eſſe firma.Eſt.n.firmitas aī cōſtātia:qa apprehēſione ita qs inhęret:vt aliquo impulſu ab eo euelli ñ poſſit. Vñ nō eſt vera fides, vbi eſt dubitatio:ſed dēt eſſe hō conſtās & firmus ī credēdo.Nā dubius in fide iudicat̃ infidelis:vt in c.1.de hære.Item debet eſſe ſimplex: quia debet quis credere
e ſine plica e.non aūt aliqd addere de ſuo, vel diſtinguere, ſed ſimpl'r credere : vt

no. de accuſa. c. j. in ver. ſimpliciter. de ſcru. c. accedens. in ver. de ſimplici. & ibi dñs meus Barb. de crimine falſi. Bart. in extrau. ad repri. in ver. ſummariè. per dominum meum Barb. in c. ex tuarum. in verſi. ſimplicitate. de ſortilegiis. ¶Et quot modis accipiatur ſimpliciter. vide per Ioā. de Imo. in d. l. j. §. ſi qs ſimpliciter. Nā aliqñ exponit. i. ſine malitia: vt l. d. l. j. C. de ædil. act. Alibi ponit: id eſt ſine diſtinctione. Aliqñ ponitur, id eſt nullo addito. Aliqñ id eſt, credibiliter, & verè. Interdū exponitur: i. ſine rigoroſa ſubtilitate: vt in d. c. dilecti. de iudi. Interdū: id eſt non cōtra propoſitū, nec extra poſitiones, ſecundum Bal. in l. fin. C. de do. promi. & doct. in l. ſi cui. §. j. ff. de leg. j. Interdum ſimpliciter, id eſt ad literā, ſecundū Bal. in d. l. inteſtato. Et an dicatur reſpondere ſimpliciter, qui cōfitetur factum, & negat qualitatē: vide Bal. in l. cōtra negantē. in ij. col. in verſi. quæro nūquid. C. ad legem Aquil. & vide Bal. in l. ea quæ. C. de condi. indeb. in xj. q. ¶Simpliciter non reſpōdet, qui dicit ſe habuiſſe rem, ſed reſtituiſſe. Bartol. in d. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ad finem. & ibi Alexan. ¶Simpliciter reſpondere an dicatur, qui dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem: vide Bald. in l. iubemus. C. de appellationibus. & in d. l. i. in prima columna. in ſecūdo notabili. de ædili. actio. & in dicta l. ea quæ. in vndecima quæſt. & doctores in dicto §. ſi quis ſimpliciter. ¶Simpliciter, refertur ad vnam vicem tantùm. Specul. de arbi. §. excipitur. in verſi. ſed quid ſi fuerit. & vide Bald. in l. cum falſum. ff. de acquirenda hæreditate. ¶Et qui dicātur ſimpliciter reſpondere, notat gl. in d. c. j. de ſcru. & Iac. Butr. in l. tertia. C. de iuſto calumniæ. & in d. l. contra negantē. & in l. in teſtamento. C. vt in poſſeſſionem legatorū & Bar. in q̄ſtione per eū diſputata, quę incipit: Cōiter per Italiā ſunt ſtatuta. vide ēt Bart. de verbis, ſimpliciter & de plano. in l. j. ff. de teſta. nuli. & in l. neq;. §. deportati. ff. eo. titu. & vide Bar. in l. coiri. ff. pro ſocio. vbi exponit ſimpliciter: id eſt ſine diſtinctione.

credit eccleſia catholica. ¶Secūdò collige, ibi: *confitemur*, q̄ qs pōt cōfiteri nō ſolū ea, de qbus habet verā ſciam & cognitionē, ſed ēt q̄ firmiter credit:[a] ſicut etiā patet in poſitionibus, ad quas quis reſpōdet per verbū, credit: vt in c. 2. de cōfeſ. li. 6. & q̄d ibi not. per gl. & in c. cām. de iur. cal. & l. 2. C. eo. per Inn. in c. ex literis. de iureiur. ¶Not. quòd vnus ſolus eſt verus Deus. & dicitur verus ad dñiam fictorum, ſecun-

¶ Adde tu limitando, quod poſitionibus ſit reſpondendum ſimpliciter: q̄ illud eſt verū, niſi iudex ex cauſa admitteret reſponſionem duplicem, quod facere poteſt: vt voluit Bald. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. non ſemper. ff. de iureiur. & in l. prima. in prin. ff. de ædilitio edi. Cauſa poteſt eſſe: quia reſpondendo ſimpliciter quis caderet in captionem, vel quia reſpondens ſit ruſticus, vel idiota. Nam his caſibus non admittitur reſponſio ſimplex. ita voluit Alexander in l. prima. ff. de vulgari & pupillari.

¶ Et an ſtante ſtatuto, q̄ reſpondens poſitioni debeat reſpondere per verbū, credit, vel nō credit: an ſufficiat q̄ reſpōdeat per æquipollēs. vide Pau. de Caſt. conſi. 104 in ſecundò impreſſis in nouis.

¶ Et quæ requirantur ad hoc, vt poſitio habeatur pro confeſſata. vide Angel. conſil. clvij. Ber.

Ant. Franciſ. ¶Et adde, q̄ hoc verbum ſimpliciter remouet omnem ſubtilitatem, & reiicit omnem difficultatē, & aufert oēm duplicitatē, & omnem doloſam machinationem: vt plenè per Bar. in extrauā. ad reprimen. in verbo ſummariè, & per Ange. in allega. §. ſi quis ſimpliciter. vbi dicit, q̄ intelligatur remotus omnis rigor ordinis iudiciarij. ¶Et dixit etiā Bal. in l. fi. C. de do. promi. & in l. ſi cui. in §. 1. ff. de leg. 1. q̄ verbum ſimpliciter, intelligitur non extra propoſitū. ¶Et vtrum, qui ex forma ſtatuti tenetur r̄ndere poſitioni ſimpliciter, dicat r̄ndere ſimpliciter, ſi dicit ſe habuiſſe rem: ſed reſtituiſſe, vel hominem occidiſſe. ſed id feciſſe ad ſuā defenſionem. vide Bald qui dicit, q̄ non, in l. iubemus. C. de appell. qui tñ dixit ɔ̄trium in l. j. in j. col. C. de ædil. act. hic alle. vbi etiam dicit, q̄ iudex poteſt illum ſic r̄ndentem compellere, vt ſpecificet modum defenſionis, quod ēt voluit ipſe Bal. in l. ea quæ. in xj. q. C. de cond. ind. Et plus dicit in d. l. j. de ædil. act. q̄ iudex poteſt permittere, q̄ quis r̄ndeat cum modificatione, & cum adiectione, qñ videt calumniam partis ponētis, vel interrogantis. Pro quo facit, quia iudex nō debet permittere, q̄ ſimplices homines decipiantur: vt per d. Card. per illum tex. in cle. ij. in prin. & in j. opp. de pœ. & remi. ¶Et adde, q̄ in dubio in ruſtico, muliere, & minore pręſumatur ſimplicitas: vt per Bal in rub. C. de rerū permuta. in ver. item quæritur donatio. Tñ talis ſimplicitas excuſat iſtos in his, quę ſunt iuris naturalis: vt per Spec. in tit. de poſitionibus: §. xj. verſi. ſed nunquid. & per do. Cardi. in d. clemen. ij.

a ¶Firmiter credit. Adde, q̄ licet verbū, credo, ſimpliciter prolatū in atteſtationibus nō affirmet. l. teſtium. & ibi gl. & doct. C. de teſtib. & per doct. in c. quoties. eo. tit. illud eſt verum, niſi addatur verbum firmiter. ſecundum Bal. in l. j. in lect. antiqua. C. de fal. cau. adiect. leg. Et Lanfran. in c. qm̄ contra. in ver. confeſſiones. de proba. & Firmia. in repertorio ſuo. in ver. crede. & ita conſului apud Teruiſium in cauſa cuiuſdam doctiſſimi ſcholaris. d. Matthæi de Bombenis. ¶Secundò, niſi addatur verbum, bene: ſecundū Bal. & Lanfran. vbi ſ. & Bal. in l. ſi ſeruus. §. qui quinq. ff. de lega. j. Vel niſi tertiò per addatur ratio concludens, vt credo: quia vidi, vel interfui. ſecundum Bald. in d. §. qui quinque. & in l. fi. in ix. col. C. de edicto diui Adri. toll. & in l. ſolam. in v. q. C. de teſt. & in l. teſtium. & ibi Cy. e. tit. & in l. conuenticulam. C. de epiſco. & cler. & in l. data opera. C. qui accu. non poſ.

¶Vel limita quartò, niſi teſtis deponat veriſimile: vt qa vidit ſolū, cum ſola, in loco ſecreto: ex quo credit coiſſe, ſm Abb. in d. c. quoties. per c. præterea. e. tit. ¶Quintò, iuſta eſt cauſa credulitatis, ſi qs credidit id quod habet fama, & quod dicitur à fide dignis. Cy. in l. j. C. de ſerui. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de no. ope. nun. ¶Sextò limita, niſi conſultor dicat in conſilio, ita credo. quod perinde eſt, ac ſi diceret, ita affirmo. bo. text. in l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſto rup. & irri. teſt. & ibi Bal. & ſi alio t̄pe aliud crederet & conſuleret, talis varietas eſſet erubeſcēda. Bal. in l. de tutela. c. de in inte. reſt. mi. per l. eos. C. de mo. mul. ¶Septimò, niſi proferat a legiſlatore, vel à iudice in ſententia. c. j. de poſtu. ¶Octauò, niſi probabiliter quis credat credēdo peritis. Bar. in l. in bonorū. ff. de bo. poſ. ad hoc bo. tex. in l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. ¶Nonò verbum, credo, in indiciis æquiualet verbo veritatis, ſm Bald. in l. j. C. de fal. cau. adie. leg. Credere enim, eſt cū aſſenſu cogitare. Tho. 2. 2. q. 2. art. j. & 2. diſt. 13. art. 8. Et credere eſt actus fidei, & diſtinguitur ſimpliciter. Tho. 2. 2. q. 2. arti. 1. & in 3. di. 23. q. 3. & in quolibeto. q. 6. arti. 1. & 4. Et de materia vide Abb. in c. cum cauſam. in 3. col. de iura. calum. & Bal. in l. 2. eo. tit. & Pet. de Anch. in c. 2. eo. tit. in 6. & Io. de Ana. in c. 1. in 5. col. de delict. pue. & Bal. in l. fin. C. arbi. tute. & iſtum in c. vnico. in vlt. col. de lit. cōteſt. Et gl. in ver. credere. in c. cū ad ſedē. de reſt. ſpo. & Bart. in l. 1. ff. de interd. acti. & Bald. in l. 3. C. quibus ad libertatem proclamare non licet. & Gemi. in c. fi. de iureiur. li. 6. ver. ſed nunqd. Io. de Ana. in c. cùm oporteat. in pen. col. de acc. Bal. in l. data opera. & iſtum in c. at ſi clerici. in prin. in 6. col. de iureiu. & Gem. in c. 1. de confeſ. lib. 6. in quibus locis habes, quando reſpōdens per verbum, credo. obligetur, ſicut reſpondens per verbum, ſcio, vel ita eſt.

¶Adde tu Spec. in tit. de poſitio. §. 1. circa principiū. vbi dicit, q̄ inter ſcire & credere, non eſt differentia quo ad partes: licet ſecus quo ad teſtes. An autem ſit differentia inter nō credere, & negare ſimpliciter: vide per eundem in §. 9. eodem ver. ſed nunquid. Et licet teſtis de credulitate non probet, tñ facit efficaciſſimū indicium: vt dicit Ang. conſi. 3. & teſtis, qui dicit, ſcio & credo, probat, quia non eſt veriſimile, quòd incontinenti velit ſe corrigere: vt dicit Ant. de Butr. in c. quoties. de teſti. Hoc tamen limita notabiliter, niſi poſt verbū, credo, ſit verbum limitatiuè poſitum ſignificās indicium vel credulitatem. ita limitat Franciſcus Aretinus conſilio 64. Et an firmiter credere & vehementer opinari, paria ſint uide Paulum de Caſtro in vltima impreſſione. conſi. 401. Ro. conſi. 125. Ber.

ZACHARIAS. ¶Adde, q̄ licet regolariter teſtis de credulitate non probet: vt no. Cy. & doct. in l. teſtiu. poſt gl. C. de teſti. & Spec. in tit. de teſte. §. 5. ver. item, quod depoſuit de credulitate: plenè per do. Anto. in c. quoties. de teſti. Etiam ſi diceret pro certo credere: vt not. Anto. in alleg. c. quoties. in fi. ver. quem refert: & ſequitur do. Alex. conſi. 73. mihi col. 1. volu. 1. Item no. Bal. in l. ſine poſſidetis. in pen. col. verſi. ſed quæro. de prob. Quod tñ limito, niſi adiiciat rationem & originē ſuę credulitatis. vt c. tertio loco. & c. literis. de pręſum. & no. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. & no. do. Alex. conſil. 70. incip. viſo proceſſu. & conſi. 109. incip. viſis &c. in 2. col. vol. 1. & conſi. 113. 5. col. & 56. in 4. col. & 134. in 2. col. vol. 2. Sed facerēt aliquale indiciū: vt per Ber. dictū eſt. ſ. proximè dictū. Hoc tamen fallit in teſte deponente, q̄ aliquis occiderit, vel vulnerauerit aliquem ad ſui defenſionē credere: quia hoc caſu talis teſtis plenè probat. ita ſing. no. Bar. conſi. 500 incip. Vannutius Petri. &c. quem refert & ſequitur do. Alex. cōſi. 76. incip. viſa inquiſitione. in col. fi. in fi. vol. 1. & conſi. 109. in 1. & 3. col. in eo. vol. Idē no. Bal. & Saly. in l. ſolam. in 3. col. vbi ambo alleg. Bar. in d. conſi. C. de teſtibus. pro quo eſt text. optimus, quem ibi ad hoc not. doct. in c. vno. Ibi: quantum humana noſſe ſinit fragilitas. de ſcruti. in ordine facien. Item fallit, ſi dictū teſtis eſt iunctū cum rōne, vel præſumptione inferente ita credi debere: quia tunc probat. ita notabiliter dñs Iaco. de Are. & Cyn. in l. teſtium. C. de teſtib. & Bal. in allegata l. ſolam. in 2. col. verſi. & hæc not. eo. tit. & Ioan. Andr. in additione Specu. in tit. de teſte. §. 5. ver. item quod deponit de credulitate. & do. Alexā. prædicta referens in dictis locis. conſ. 185. incip. in hac cauſa & lite &c. in pen. col. vol. 2. Idē dicit eſſe in dicto teſtis deponentis per verbū, iudicio ſuo. Quod memori condendū eſt pectore. Teſtes enim, vt plurimū altero iſtorū verborum meo credere, vel meo iudicio vtuntur. De hoc plenè per Hip. de Mar. in rep. l. fi. in co. 55. & 12. C. de proba.

Anto. Frāci. ¶Adde his, quę dicta ſunt: quod credere nihil aliud eſt,

dum

dũ gl. vnde dicit b. Tho. in cõmẽto huius tit. iõ Deus dr̃ verus, q̃a eſſentiał̃r & nãliter ẽ Deus. Alij vero dñr Dij, ſeu Dei p̃ adoptionẽ: ſeu p̃ nuncupationẽ, & diuinitatis participationẽ: vt Pſ. 81. Ergo dixi, Dij eſtis. Non. n. ſunt veri Dei: ſed dñr Dij p̃ adoptionẽ: q̃a boni iudicant̃ filij Dei. & ibi ſeq̃t̃, & filij excelſi oẽs &c. Quidã verò dñr Dei ſm̃ opi. errãtiũ: vt Pſ. 87. Dij eorũ dęmonia &c. ¶ Itẽ no. q̃ verus Deus eſt æternus, ĩmenſus, & incõmutabilis, incõprehenſibilis, oĩpotẽs, & ineffabilis. & declara, vt in gl. ¶ Et ex eo q̃d dicit ineffabilis, patet: q̃a Deus, ſeu eſſentia nõ p̃t oñdi, nec demõſtrari p̃ aliquã ſĩitudinẽ. Nam ſm̃ Philoſophũ principiũ, q̃d eſt Deus, nõ eſt conceptũ ſub genere, nec ſub diffõne: nec ſubiacet demõſtrõni ex p̃te qualitatis, quãtitatis, & quotitatis, ubi, & q̃ñ, & motus: nec ẽ aliq̃d ſibi ſĩle, nec cõicãs, nec cõtrariũ: vnde nõ p̃t aſſimilari alicui creaturæ: licet aliq̃ñ hoc fiat ad eruditionẽ ſimpliciũ, attingere tñ nõ poſſumus: q̃a ñ p̃t dari tãta ſĩitudo inter creatorẽ & creaturã, q̃n maior diſſimilitudo ſit notãda. Et iõ dicebat Ariſto. q̃ prima cã ẽ ſup̃ior narratione: iõ deficiũt linguę in eius narratione. Nã rẽ quãlibet oñdimus p̃ cãs: ut dixi. ſ. in gl. proœ. Sed Deus nõ hẽt cãs: q̃a eſt prima cã cãns & nõ cãtus: & iõ uerè Deus demõſtrari nõ p̃t: licet aliq̃ñ demõſtremus p̃ creata & cãta ab eo: ſed hæc nõ ẽ uera cognitio. ¶ No. q̃ eſſentia diuina eſt inſeparabilis reſpectu ſubĩæ: ſed reſpectu pſonarũ eſt diſcreta. q̃d clarius p̃batur. ĩ. in uer. hęc ſancta trinitas. Vñ pr̃ & filius & ſpũſſanctus unã hñt ſubĩã: unã naturã & eſſentiã indiuiſibilẽ: ſed pſonę ſunt diſcretæ: q̃a pr̃ nõ eſt filius: neq; filius pr̃. Et dicũt Theologi, q̃ reſpũ ſubĩæ trinitatis, nullũ exẽplũ ſatis idoneũ ĩ creaturis repiri p̃t. Itẽ collige, q̃ pr̃ à nullo p̃ceſſit: filius uerò à pr̃e natus ẽ ab æterno: tñ ſpũſſanctus p̃ inſpirationẽ p̃ceſſit ab utroq;: q̃d ẽ ꝯ Græcos, dicẽtes ſpũmſanctũ tñ p̃cedere à pr̃e: de quo clarius in c. 1. ĩ. e. lib. 6. a ¶ No. in uerb. *mum.* q̃ oĩm creatorũ viſibiliũ & inuiſibiliũ, ſpũaliũ & t̃paliũ Deus eſt principiũ. q̃d eſt ꝯ multos b hereticos. ¶ Itẽ collige, q̃ Deus ſiĺ ab initio t̃pis cõdidit oĩa. de quo dic, vt in gl. ¶ Itẽ, q̃ creatura Angelica & mũdana. i. bruta fuit prius creata, q̃ humana. Primò. n. creati fuerunt Angeli, & aĩalia bruta, q̃ hõ, & rõnem. ĩ. dicã. ¶ Itẽ nota, q̃ Angelus hẽt naturã ſpiritualẽ tñ. Nõ. n. hẽt corpus, ſicut hoĩes hñt. Alia verò aĩalia bruta cõſiſtũt ex corp̃ibus tñ ſine aĩa. hõ verò tenet mediũ inter Angelos & aĩalia bruta. Quia cũ Angelis participat reſpectu aĩæ rõnalis. Cũ brutis p̃ticipat reſpectu corp̃is, ſeu aĩæ ſenſitiuæ: vñ dicẽdũ, q̃ hõ participat de oĩbus. Nã hẽt eẽ cũ lapidibus, & viuere cũ plãtis, & ſentire cũ brutis, & intelligere cũ Angelis. ¶ No. q̃ dęmones fuerũt creati boni: ſed p̃ ſe abutendo libero arbitrio facti ſunt mali. Et ex hoc collige, q̃ Angeli hñt liberũ arbitriũ: ſed vt dicit gl. ſing. in c. q̃ Ep̃us. 23. diſt. Angelus, Dęmõ, & hõ hñt liberũ arbitriũ. Angelus ſp̃ vtit̃ ad bonũ, & merei: Diabolus ſp̃ ad malũ: & iõ quotidie fit peior: hõ vtit̃ pariter ad utrunq;. ¶ No. q̃ dęmones peccauerũt p̃ ſe. i. ſine alicuius ſuggeſtione: iõ nõ hñt remediũ, ſicut hõ, q̃ peccauit ſuggeſtione Diaboli. Et ex hoc & ex tex. collige dr̃iam iter pcñ hoĩs & Dęmonis. ¶ Not. in ver. hæc ſancta. q̃ Deus tribuit legẽ generi humano p̃ Moyſen & alios p̃phetas. Ex hoc colligĩ, q̃ q̃s poſſit p̃ aliũ docere: ñ tñ p̃ aliũ addiſcere. Per q̃d arguit Goff. ꝯ nobiles & delicatos mittẽ
a tes repetitores ad ſcholas: ipſi verò iacent in lecto. † Sũt .n. q̃dã, q̃ ſic req̃rũt operã pſonalẽ, q̃ p̃ aliũ explicari nõ pñt. Ad hoc. l. inter artifices. ff. de ſolonibus. & c. ſi. de of.
deleg. Et p̃ illa iura & ſimilia Bar. Brixiẽ. tenuit in q̃õne dñicali: q̃ vide in regula, q̃ p̃ aliũ. lib. 6. ĩ mercuria. q̃ doctor, q̃ p̃miſit ſcholaribus legere p̃ annũ, nõ p̃t eis inuitis
b aliũ ſubſtituere b, ẽt æquè idoneũ. Cy. verò in. l. 1. C. de c
cad. tol. tenet cõtrariũ & vide plenius p̃ Io. And. in p̃all.

quã fidẽ habere: vt dixit tex. in c. nihil aliud. de cõſ. di. 3. Et iõ dixit tex. in l. 2. C. de ſum. trin. q̃ credere, eſt ex fide ſentire. & aliq̃ñ exponit̃ credo, i. cõſentio, vel p̃mitto: vt eſt tex in l. hac cõſultiſſima. §. at cum humana. C. qui teſta. fac. poſ. & alibi etiã exponit̃, credo, i. contraho: vt eſt tex. in l. eius, q̃ in prouincia. ff. ſi cer pet.

regula. ¶ Bart. in. l. nemo eſt. ff. de duob. reis. tenet, q̃ ſi doctor erat ſolitus ſæpè ſubſtituere ex cã, vr̃ tacitè actum eſſe, vt poſſit ſubſtituere, & ſic cõtractus recipiat interpretationẽ ex condõne pſonę. q̃d no. facit. l. excepto. C. lo. ¶ Idẽ ſi erat cõſuetudo ĩ ſtudio, vt poſſet q̃s aliũ ſubſtituere: q̃a hoc vr̃ tacitè actũ. ar in l. q̃d ſi nolit. §. q̃ aſſidua. ff. de ædi. ed. q̃d ẽt no. vt cõſueta intelligant̃ in ꝯtib. facit. l. cũ q̃d. ff. ſi cer. pe. & in l. ſi. C. de fideiuſ. & c. p̃p ſterilitatẽ, & q̃d ibi no. de loc. c His verò ceſſantibus tenet, q̃ nõ poſſit ſubſti

Et adde, q̃ credare & ſcire, q̃ñq; idẽ ſignificant: vt in c. cũ olim. & ibi gl. in ver. credimus, de re iudi. Et q̃ñ hoc verbum credo, p̃fert̃ à lege, dr̃ cõtinere veritatẽ: vt eſt text. in l. ſi q̃s. in §. ſi cũ funeris. ff. de reli. & ſump. fu. & dixit gl. pen. in ca. ex literis. de iureiu. q̃ cõfeſſio de credulitate ita præiudicat, ſicut de veritate. Et p̃pẽà dixit Sal. in l. 1. in ſi. C. de fal. cã. adiect. leg. q̃ in iudicijs verbũ, credo, ęquipollet verbo, veritatis. & iõ r̃ñdens põnibus p̃ verbũ, credit, ſi poſteà dicat ſe aliud credere, ẽ piurus: niſi aſsignet iuſtã cãm, quare nũc aĺr credit, q̃ prius. Ita Bal. ſingulariter in l. de tutela. C. de in integ. reſti. mino. vbi ẽt notabiliter dicit, q̃ ꝯ r̃ñſionem factam per verbum, credit, vel, nõ credit, ſp̃ põt probari ꝯrium. quia vt dicit ibi gl. hodiè poſſum credere vnum, & cras credere aliud. & vide Spec. in tit. de poſi. in §. 6. in ver. hoc tñ certum. vbi dicit. q̃ inter credere, & non credere, eſt dare medium. ſ. dubitare. Et ad illud, quod ſi conſulens in conſilio, vtitur verbo, credo. videątur affirmare id, quod conſuluit adeo, q̃ poſt nõ poſsit dicere contrarium ſine erubeſcentia: uide etiam Bal. in d. l. de tutela. pręall. & vide bo. tex. in l. planè. la picola. ff. de lega. 1.

a SER. SAP. ¶ Põnibus. Licet teſtis dicat firmiter credo. nõ tñ p̃bat dictũ ipſius niſi rõnẽ aſsignet p̃ ſenſum corporeũ. Iſtud ſentit. Bal. in l. ſiue poſsidetis in 2. col. C. de p̃b. vbi ponit de teſte, q̃ dicit ſe p̃ certo credere. & idẽ uoluit An. de Bu. ĩ rep̃ inq̃ſitionẽ. ĩ q̃nto no. ĩ. de ele. & ita ĩ ſpẽ cõcludit d. Ia. ĩ rub. ff. ſolu. matr. co. 2.
b ¶ Aliũ ſubſtituere. Adde q̃ non poſsit. Bal. in l. ſi. ff. de excu. tut. & gl. in l. 1. C. de manc. & colo. li. 11. Bal. & Sal. in l. 1. §. ẽt aũt. C. de cad. toll. Pe. de Anch. in c. is cui. in 1. col. de off. deleg. li. 6. & in c. extirpãdę. §. q̃ uero. de p̃bẽ. & gl. pe. l l. q̃ſq̃s. la 3. C. de ep. & cle. & Spe. in ti. de ſala. §. utrũ. uer. q̃d ſi doctor. & p̃ eũdẽ Spe. in ſi. in ti. de cã poſſ. & prop. in §. 1. ver. q̃d ſi p̃miſit. Et ſiĺe de uaſallo in ſeruiẽdo dño: ponit gl. in c. latorẽ. 33. q. 2. & Bal. in l. 2. c. q̃ſq̃s. Litat̃ hęc cõcluſio, niſi cõſuetudo aĺr ſe habeat. ut per iſtũ hic. & Bart. & Imo. in d. l. nemo. Limitat̃ ſcdo, niſi legeret p̃ ſubſtitutũ de cõſenſu eorum, quorum intereſt: ſecundum Car. in c. ſi. de off. deleg. Et ſm̃ iſtum hic in uerſ. eis inuitis à contrario ſenſu. Limitat. 3. niſi ſubeſſet infirmitas uel neceſsitas ſm̃ Bal. in d. l. ſi. ff. de excuſ. tut. arg. l. q̃ potuerunt. ff. de manu. teſt. Notabis tñ, q̃ caſu q̃no q̃s p̃t legere per alium, neceſſe eſt, q̃ legat per doctorẽ, nõ p̃ ſcholarem: ſm̃ Bal. in l. parabolani. C. de epi. & cle. Itẽ req̃rit, q̃ neceſſitas quę facit doctorẽ legere p̃ aliũ, ſit talis, quę cauſet impoſſibilitatẽ, & nõ ſufficeret, ſi cauſaret ſolã difficultatẽ; vt decidit Spec. in d. ver. q̃d ſi doctor. Facit q̃d voluit Spe. in tit. de ſta. mo. §. 1. in ver. 29. Itẽ req̃rit̃, q̃ ſubſtituat ęquè peritum ſm̃ Bar. in l. 1. C. de Prepoſi. laborũ. li. 12. & in d. l. nemo. Et p̃ iſtũ hic ſm̃ Mod. q̃bus adde d. meũ Barb. in c. ſi. in ver. pſonaĺr. de dilat. & c. ſi. de of. del. & gl. 3. in h. c. cũ dilecta. de reſcr. in 4. col. in ſi. & ibi iſtũ inducẽtẽ ad hãc q. & ibi ẽt p̃ d. meũ. adde Spe. in ti. de aduo. §. 1. ver. ſed pone Abb. & Bar. i l. 1. C. de Princ. agẽti. in reb. lib. 12. Litat̃ quarto, niſi doctor ſit antiquus, ſm̃ Bar. in l. in metallũ. ff. de pęnis. & vide Bar. in l. cõtinuus. C. ſi ab eo. ff. de ver. obl. & in l. agẽtes. C. de prin. agẽti. in reb. li. 12. & gl. i l. ſi q̃s exẽpti. C. de muneribus. & honoribus. & doct. in l. ſi conuenerit. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. ¶ Adde tu Ro. ſing. ſuo inci. is, cui induſtria.

Ant. Fran. ¶ Et adde q̃ñ doctor cõductus ad legendum poſsit legere p̃ ſubſtitutũ. vide Bar. in l. pe. ff. de var. & extraor. cogni. & vide Spe. in ti. de aduoca. in §. 1. in ver. ſed pone Abbas. & in ti. de ſala. in §. ſi. ad ſi. niſi in caſu neceſsitatis, vt per Bal. in l. vnica. §. ne ãt. C. de cad. toll. vel niſi ſit antiquus. vt not. Barto. in l. metallum. ff. de pęn. & per Bald. in l. fin. de excu. tut. vbi dicit, q̃ ſi extra caſus permiſſos legit per ſubſtitutum, non debetur ſibi ſalarium. de quo etiam per Alex. in l. nemo. ff. de duo. reis.

c SEB. SAPIA. ¶ De loc. Aliã limitationẽ mirabilẽ ponit do. And. ſicu. in c. ſi. ĩ. de offi. dele. q̃ doctor põt legere p̃ ſubſtitutũ,

tuere,

qñ legit per 20.annos. Tūc.n.efficit̄ illuſtris,ſcđm Bar.& Bal.in pœ.ſtorū.in prin.& Bart.in l.ex eo.ff.de teſt.mil. Et illuſtres pñt deſeruire p ſubſtitutū.l.q ſq s.vbi Bal.C.de epi.& cle.l.nullus.qui nexu.C.de decu.li.x.tñ reprobat do. Iaſ.in l.j.in prin.col.3.ff.de off.eius, q vi.alte.licet apnſtillātes hic dicant, ꝙ licet deſeruire p filiū in his,q-bus ē electa induſtria ꝑſonæ. tñ videt̄ indubitabile: vt dubitat Are.in l. cōtinu⁹.§.ſi ab eo.col.2.ff. de ver.obl.vbi latè diſputat,qñ liceat dſeruire pſubſtitutū & vicariū.

a ¶ Per extranea uerba,ibi no.gl. cōtra loquētes ita obſcurè.uide plenè in c. fin.ĵ. de cnnſti. & ali qd. ĩ. in proœ. p Modernos & gl.4.q.2.c.ſi teſtes. in teſtibus cōſideradū eſt. in verſi.ſimpl̄r. ¶ Adde, ꝙ ſi qs cōfitet̄ obſcurè aliquid,ꝙ confeſsin cōtra eū Iterpretat̄. Cal. cōſi.7.de cōfeſ.& dicit Old. conſi.424. in fi. ꝙ articulorū nbſcuritas pōt declarari p reſponſionē: & dēt admitti. alleg.l.hæredes palam.§.ſed ſi ooram.de teſta. & c. dilecti.de accu. Ber. ZACHARIAS. ¶ Adde ꝙ imo rñdens obſcurè hr̄ ꝓ cōfeſſ. no.Spe.iu ti.depoſi.§.9.ver.verum tñ. Nocet.n.obſcuritas ei,qui fundat ſuā intentionē,in ver.obſcuris:vt nn.Bal.& Ang. in l.veteribus.ff.de pact.& Fel.In c.cū clamor. in prin.de teſti.Et adde, ꝙ libelln obſcurn qs rñdere nō tenet̄:vt no.Fel. in c.ſignificantibus.in 3.cnl.verſi.quinta decl̄o.de libel.obla. & p Lanfr.de ori. in c.qm̄ cōtra.§.petitiones.col.j.ver.veruntñ ſi qs porrexerit.de pba.vbi habes opt.cautelā.ꝙ ſi libellus ſit obſcurus, rñdeat reus ſe nō teneri illi libello rñdere:nec petat libellū declarari.Tñ.n.eſt obſcunitas,& in libellis potiſsimū, alijſq. iudiciarijs actib⁹ odio,vt nō ꝓcedat libellus ineptus:vt no.Pe.Ferr.Bar.& Ang.& Alb.io c.fi.de lib.obl.& Io.Imo.in d.c.fi.ſecutus eſt.Itē ꝙ nec nbſcuræ pōni ſit rñdēdū:vt no.Spe.in ti.depnſi.§.9.ver.9.Et ipſa ēt citatin prætextu obſcuritatis vitiet̄:vt no. Cal.in l. hac conſultiſsima.in 2.col.C.q teſt.fac.poſ.Et qđ dicat̄ dictū obſcurū,not. idē Bal.lo ſua marg.in ver.teſtis.ver.itē,ꝙ teſtis obſcurè.& Spe. iu tit.depoſi.§.7.ver.3.Archi.poſt gl. 22.q.2.ca.ne artificinſo. Ant.Franciſ.¶Contra quem verba obſcura debeāt interpretari, dicas,ꝙ in dubio cōtra proferentē, q in verbis nbſcuris fundat intentionē ſuā.vt in l.veteribus,& ibi p Bal & Ang. qui dicit,ꝙ in obſcuris ſꝑ dēt recipi,qđ minus ē.ff.de pac. & io l.Labeo ſcribit.ff.de conrrah.empt.& in l.ſi arborē.§.hæc lex.ff.de ſer.vrba. pręd.& de obſcuritate libelli, quæ dēt declarari antè,q̄ illi rñdeat̄ plenè hr̄,in l.ſi qs intentinne ambigua.ff.de iudi. Et contra quē debeat interpretari obſcuritas verborū,iudicis,& teſtiū: & habetur per Bar.in l.inter ſtipulantem.in §. ſi Stichum.ff.de verbor.obliga.& in l.ab executore.ff.de appell. Et adde,ꝙ nbſcuritas ſententiæ debet declarari per iudicē executionis, ſecundum Bal.in l.hac conſultiſsima.in tertia col.C. qui teſtamenta facere pnſſunt.Et adde etiam,ꝙ obſcurè reſpōdens habetur pro confeſſn,& aliquandn prn nō reſpondente,& cogitur clarè reſpondere: vt per Speculatorem in tit.depoſi.in.§.9.ver. veruntamen. & in ver.quid ſi quis.& in verſ.Et adde,ꝙ obſcura conceſsio intelligitur eſſe facta de modicis & minimis: vt per Speculatorē in tiu. de locationibus.in §.6.verſi. 59.& illud dicit obſcurum, quod bene non pnteſt intelligi, non autē quod intelligitur per naturam verborum, vel loquendi conſuetudinē: ſecundum Bal. in d.l.hac coofultiſsima.in 3.col.

b SEBASTIANVS SAPIANVS. ¶Obſcura.Dolus pſumit̄ ꝺ ir in obſcurè & inuolutè loquēte. Probat̄ in lege aut q a̅ r.§.j. ff.qđ vi aut clam.& in l. ea quę cōmendaodi.ff.de contrah. emptione. vbi gloſſa ponit exemplum in eo, qui dixit equum non aſcendere arborē:an teneatur,quia nnn aſcendebat pōtem.quod

tuere,niſi æquè bonū, ēt ſi in hoc cōtractu hoc fuerat expreſsè actū,qđ no.Bene facit.l.inter artifices.ꝓall.mag.tñ eſt dr̄ia inter doc.Nā & ſi vnus habeat eandē peritiā reſpectu diſciplinæ, fortè nō hn̄t peritiā docēdi & ipſam diſciplinā tradendi.¶ Itē not.ꝙ actus incarnationis fuit explicatus cōiter à tota trinitate: filius ſolūmō fuit incarnatus.Et pone exēplū in ſe veſtiēte duobus adiuuātibus:nā oēs veſtierunt, ſed vnus remanet veſtitus. vñ pp opera inſeparabilia trinitatis, actus fuit explicatus ab oīb. filius tñ ſolus fuit incarnatus. & dr̄ conceptus ex ſpū ſancto:vt.ĵ.ſequit̄.Qual̄r aūt Chriſtus fuit cōceptus à ſpūſancto: doctores hic al̄r non declarāt, ſed dicēdū eſt,ꝙ omnino fuit conceptus de ſpiritusancto· qa ſicut mēbra hominis formant̄ in vtero matris ex ſemine humano:ita mēbra Chr̄i ſine ſemine fuerunt formata ex ſpūſancto. Et ſic exponunt Theologi. qđ not. Itē collige,ꝙ Chr̄s fuit verus De⁹ & hō uerus. Fuit.n.ille cōpoſit⁹ ex duab. naturis:ex diuina.ſ.& hūana. Habuit.n.diuinitatē & ēt verā humanitatē:qa habuit verā carnē humanā, & verā animā rōnalē,& intel̄ſualē informātē corpus: ſicut hn̄t cęteri hoīes.cōcordat capi.cū Chr̄s.de hære.Et inquātū hō,erat paſsibilis & mortalis:vñ poterat pati oēs pœnalitates ſeu paſſiones,quas hō pati poſſet:vñ inquātū hō, paſſus fuit famē & ſitim,& acerrimā pœnā in cruce:& timuit mortē,quā qlibet hō nāliter timet. Vnde rogauit patrē ut transferret à ſe illā mortē acerbā. & hoc īquātū hō.Nāliter.n.hō timet:nec p̄t timorē expellere rōne. vide textū cū glo.c.nolite timere.11.q.3.Itē erat mortalis.vñ niſi expiraſſet in cruce,defeciſſet ſenio,ſicut & qlibet hō deficit.Sed poſt reſurrectionē illa caro,quā aſſūpſerat,nō fuit ampli⁹ paſſibilis:qa fuit glorificata. Et q̄tuor ſunt dotes glorificationis carnis.Dotat̄.n.caro agilitate,ſubtilitate,claritate, & impaſſibilitate. De his q̄tuor dotib⁹ dotabit̄ corp⁹ cuiuſcūq; hoīs adepturi æternā gloriā:qa poſt glorificationē n̄ poterūt ampliati corpora:vñ nō morient̄ amplius.& quare hoīes reſurgēt cū corpib. vide gl.in cle.1.e.ti.¶No.ibi: *cum ſuis proprijs corporibus &c.* arg.ꝙ poſt reſurrectionē linguæ loquent̄:de quo ꝑgl.in c.ſi qs Diaconus.50. di.& hęc colligunt̄ vſq; ad.§.vna.vñ primò expediā iſtā partē.¶Op.cōtra tex.in quātū dicit dęmones à Deo,bonos eē creatos.obſtat.n. c.1.16.q.2.de pœ.di.2.c.principiū.vbi dr̄,ꝙ Dęmō nequit hr̄e charitatē.Sol.dn̄t doc. ꝙ Dęmō nō habuit illā charitatē,q̄ deſeri nō p̄t:ſed aliā charitatē habuit:vñ fuerūt dęmones creati ī ſtatu innocētiæ & habuerūt liberū arbitriū,& p ſe facti ſunt mali. ¶Scđò q̄ro quale ē iſtud principiū, ꝙ ē creator oīum &c.ſol.hoc principiū ē cauſans n̄ cātū.Et ꝙ vnū ſit principiū, patet ex eo,qa al̄s iretur in infinitū.Nā vbi ponimus creatū, ponimus & creatorē:& ſic iremus ī infinitū.Oportet ergo neceſſariò fateri,ꝙ vnū ſit principiū,à quo oīa dependent.Nec cœpit Deus eē:qa ſi cœpiſſet, oportet dicere,ꝙ exiuerit de ptāte eſſendi ad actū: ſed alius eū nō eduxit,p ſ.dicta. Nec ſeipſe:qa ſm̄ hoc p̄ceſſiſſet ſuū eſſe,vel ſeipſum: qđ n̄ eſt intelligibile. Et ꝙ vnū ſit principiū,& n̄ plura,ꝓbat̄ ſm̄ doct.Nā ſi ponimus pl̄a principia,aut ſunt cōcordia,aut nō ſunt cōcordia. ſi nō cōcordia:tūc creatū vnus deſtrueret creatū alterius: ex quo hn̄t ꝯriā & oppoſitā nām. Si vero ſunt cōcordia: aut vnū ꝑfectū:& aliud min⁹ ꝑfectū: & tūc minus ꝑfectū ꝓduceret opus imꝑfectū: qđ ē ꝯ id, qđ hr̄ Gen.1.ibi:& erāt oīa valde bona.Si verò vtrūq; ē ꝑfectū,aut ſunt æqualia,aut inæqualia.ſi æqualia,alterū ſuꝑflueret:ſi inæqualia:ergo alterū n̄ eēt oīpotēs.¶Tertio q̄rit̄,q̄re hō fuit creat⁹ poſt mūdanā, ſeu brutā nām: cum hō poſt Angelos ſit nobiliſſima creatura?Sol.dicit Aug.hoc factū fuiſſe,ne hō ſumeret cām ſuꝑbiæ ex ordine primogenituræ. Nā cū hō fuerit creatus ad imaginē Dei,quo ad ꝓprietates aīæ:& ad ſil̄itudinē quo ad gratuita.i.ad uirtutes:poterat ex hoc augeri cā ſuꝑbiæ. Vñ hō primò fuit format⁹ ex limo terræ, ex agro Damaſceno: & poſteà fuit trāſlatus in paradiſum ad oſtēdēdū,ꝙ eſſe paradiſi,nō eſſet ex natura,ſed ex gratia. Secūda rō pōt aſſignari:qa cùm nō deberet præferri cæteris creaturis:iō ęquū fuit illas primò creari.Vel tertiò,oportet ꝙ primò dent̄ extrema ad hoc, vt poſteà det̄ miſtū ſeu medium.¶In gl.ī uer.*ſimplex*:ibi: *nunquā per extranea verba.* a No. gl.ꝯ loquētes ita obſcurè,ꝙ nec ſe intelligūt,nec ab aliis itelligi pn̄t, nitētes mutare uerba iuris de claris in obſcura b.Dn̄t oīa ꝓferri p verba vſitata:& nō p extranea ſeu magiſtralia.¶In gl.in ver.*ſimul.* in fi.Idē not.35. di.c.ſexta die.in 2.gl.& dicit Abbas hic,ꝙ ſil̄ creauit oīa in mā informi, quā cū dierū diſtinctione eduxit in formā:vt in cōtrario.¶In gl.iu verſi.Demones.ibi: *interpretatur ſciens.* Vel ſm̄ aliquos.i.deorſum ruens.vt ſic gerat

in nomine,

in nomine, quod habet in voluntate. Nam nititur homines, quos ſeducit, deorſum ruere: nō ãt admonet ſurſum aſcēdere, iuxta illud euãgelii. Si filius Dei es, mitte te deorſū. ¶In fi. gl. hęc gl. ſentit vnū contrariū, & nō pſe ctē ſoluit. Nã vr̃ q ex bono pcedat malū: qa Angelus ĩ ſe erat bonus, vt in lr̃a, & poſtmodū effectus ē malus. gl. dicit hoc eſſe falſum, q ex bono pcedat malū: qa Angelus peccauit p ſe: ſed hoc ñ vr̃ ſoluere cõtrariū, ſed poti' corroborare. Nã ſi peccauit p ſe: ergo malū pceſſit ex bono. Iõ dicēdū, q Dęmõ nõ ē effectus malus ex diuina diſpõne: ſed abutēdo libero arbitrio ſibi collato p Deū: & illud arbitriū de ſe nõ erat malū. ¶In gl. in verb. *ſuggeſtio*
a *ne. ibi: nõ debes teneri.* de hoc, an ex cõſilio a qs teneat dic vt plenè p gl. & Dy. ĩ reg. nullus ex cõſ. de re. iu. li. 6. No. bñ gl. q nõ meret, ſed demeret, & efficit peior, dū ſeminat mala ĩ cordibus hominū. Hoc tñ facit ex inuidia: qa ĩuidet, q hõ creat' ex limo terræ teneat charitatē, q̃ ipe retinere nequit. Eſt tex. cū gl. ĩ c. viſis. 16. q. 2. Dęmon. n.
b nūq̃ facit bonū: ſed vtit libero arbitrio ad malū, b & quotidie demeret, & efficit peior: vt no. gl. ĩ c. q Epus. 23. di. ¶In gl. ĩ verbo, *diſpoſitione.* ĩ fi. vel dic aſr ſm Hoſt. q creato Adã ad imaginē Dei. 33. q. 5. c. hęc imago. & in ſtatu virili. de pœ. di. 2. c. Romanos. & Eua formata de eius latere. 33. q. 5. c. mulierē. De' eis pcepit, dicēs: Creſcite & multiplicamini & replete terrã. & ex his deſcēdim' ſm carnalē cõcupiſcētiã: excepto Ieſu. Adã. n. fuit creat' ſine hoĩe & fœmina. Eua fuit formata ſine fęmina ex latere hoĩs: & vixerūt iure nãli. Hoc ius nãle erat duplex: nã quoddã erat ius nãle rõnale, qđ tm̃ ptinebat ad hoĩes: & cõtinebat ĩ illis duobus pceptis, de qbus in gl. Erat ét ius nãle cõe oĩbus animãtib': qa mouebant hoĩes ex inſtictu nãæ: ſicut & cętera bruta ad pcreationē liberorū, & ad educationē: & ſim. vt hr̃. 1. di. c. ius nãle. & hoc iure nãli regebant ét poſt eiectionē de paradiſo. Poſtmodū ĩcipiētibus creſcere hoĩb' habuit locū illud, Quodcūq; calcauerit pes tuus, tuū erit. ĩſti. de re. di. §. ferè. habuitq; locū ius gētiū ſm qđ diſtinctæ ſunt regiones: oblõnes ĩuētæ: ſeruitutes inductæ: & ſi. 1. di. c. ius gētiū. Et his iuribus vixerūt vſq; ad tp̃s quo data fuit lex Moyſi. Et ſic añ legē Moyſi habuimus tres leges. Nã fuit ius nãle rõnale: & ius nãle cõe: & ius gētiū. Poſtmodū repleto hoĩb' mūdo, multiplicata fuerūt ſcelera: & p cõſequēs neceſſariū fuit, vt lex daret hoĩbus: & emanauit lex Moſaica. Itē & pphetica. vt. 1. di. c. humanū genus. ĩ fi. Phoroneus Rex fuit prim', q legē cõſtituit: & qs ſecūdus, & qs tertius, & deinceps: vide. 7. diſt. c. fuerint. Nouę aũt leges emanauerūt à Cõſtãtino Impatore & ſucceſſorib'. ¶Et breuiter cõclude, q tota ſapia ciuilis cõſiſtit hodie ĩ 50. libris Pãdect. atq; Digeſtorū: ĩ quatuor libris Inſtitutionū. ĩ 12. libris Codicis. in. 10. collationib. authēticis: & ĩ lib. feudo. & ſic ĩ iſto tpe habuimus tres leges: legē. ſ. Moſaicã, Propheticã, & Ciuilē. & tpe gr̃æ. i. poſt aduentū Chriſti emanauit lex Euãgelica. Itē dicta Apl̃orū, in qbus cõſiſtit nouū teſtm̃: & in veteri & nouo cõſiſtit Theologia, q̃ regit aĩas, & religioſos in cõtēplatione viuentes. Sapia verò ciuilis regit ſeculares, ſiue laicos. vñ clerici ſeculares egebãt ſcia: vt regerēt ſpũalia & tpalia: iõ emanauit ſcia canonica, q̃ cõpoſita ē ex Theologia & ſapia ciuili: & ſic tpe gr̃æ habuimus tres leges, vt eſt lex Euãgelica, Apl̃ica & ſcia canonica. Hēm' ergo ex pdictis tria tpa & nouē leges. & ex pdictis hēs ordinē cuiuſlibet legis &c.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistiã nõ põt conficere, niſi ſacerdos, ét ex pmiſſu Papæ. Papa non poteſt aliquid facere contra diſpoſitionem diuinam. Rite denotat ſolennitatem: rectè verò cauſam.*

10 † Extra gl. q̃ro, intra quantũ tps d põt excipi de iniuſta ſurreptione? Sol. Dicit In. ꝙ cum ſurreptio concernat ipſam gratiã, & eã vitiet, et ſine literis, cum gratia pcedat literas, & põt fieri ſine eis; poterit opponi de ſurreptione vſq; ad ſñiam, cùm ſit exceptio peremptoria: ſecus vbi exceptio concerneret literas tantùm: vt ſi iurauit ꝯ te ñ impetrare literas, tũc debet excipi ante lit. conte. cùm ſit dilatoria; vt in c.inter. de re iudi. & in l.fi. C. de excep. Et dic clari⁹, ꝙ qñ in lřis gratioſis ĩtercedit ſurreptio, pt opponi de ſurreptiõe dupliciter. Primò ꝯ literas dilatoriẽ, vt in c. ad audientiã. ĩ. eo. quia ſi literæ nõ valẽt, executor non recipit iuriſdõnẽ. Secundò pt opponi peremptoriè contra gratiam vſq; ad ſñiam, ſicut in aliis exceptionib⁹ pemptoriis, ad hoc qđ not. in d.c ad audiẽtiã. In gl. in verb. *impetraſſet.* e in fi. vult in gl. ꝙ literæ monitoriȩ, ſeu pceptoriæ, non hẽant afficere manus ordinariorũ, quominus poſſint ſtatuere in piudicium illarũ literarum. Nã ſolùm Papa hic mandat inquiri, vtrum ſtatutũ pceſſerit executorias, quaſi nõ curauerit de monitoriis, ſi ſtatutum emanauerit poſteà. Idẽ vř velle Inn. dicens, ꝙ per monitorias non principiatur negotiũ, niſi de honeſtate, ſic intelligit. c.literis. ĩ. e. Pet. dixit, ꝙ Papa in hoc grauauit iſtum impetrãtem: quia debuiſſet hẽre reſpectũ ad monitorias, ſed in alio releuatur: quia ſatis eſt, ꝙ fecerit mentionẽ de iuřo, ſi nihil dixerit de ꝯfirmatione aplica. f Hoſt. dicit, ꝙ iſte impetrator obligauit ſe ad probandum, ꝙ ſtatutũ fuit ſecutũ executorias. Hæc ſol. non valet: qa onus pbãdi hoc incũbit caplo. Io. And. dicit, ꝙ hic q̃rebatur de pceſſu executoriarum: ideò Papa mandat inq̃ri de executoriis tñ. Cõtra hanc opi. facit, qa Papa in fine nõ mandat pũderi iſti, ſi ſtatutũ pceſſerit executorias; & ſic videtur nõ curaſſe de monitoriis. do. Ant. dicit, ꝙ monitoriæ hic erãt extinctȩ p mortẽ Papæ re integra. Nã pceſſus executorius erat nullus, ex quo lřæ erãt ſurreptitiȩ; & ſic nõ habuit ppetuare monitorias, vt no. gl. in c.cùm plures, de off. dele. li.6. Sed ꝯ hoc facit, ꝙ iſtæ literȩ erãt pñtatȩ, nec poterant aliter ppetuari. Vñ ſatis pt dici, ꝙ Papa potuiſſet, ſi voluiſſet, pſequi monitorias, vt in cap. literis. ĩ. eo. Sed ps nõ põt proſequi: quia monitoriæ non neceſſitant, arg. in c.cùm in veteri, de elect. Sed hodie nõ eſt multũ de hoc curandũ: quia iſtæ lřæ monitoriæ non ſunt in viu.

Abbas.

a SEB. SAPIA. In iuramento. Nõ intelligas, ꝙ in iuřo tantummõ intelligetur excepta authoritas Papæ, ſed et cuiuſcunq; ſuperioris: qa in præiudiciũ ſuȩ ſuperioritatis nõ põt inferior iurare. Ita tenet do. Ant. hic. & Io. de Imo. & Fed. de Sen. in conſ 8 t. quæſtio talis eſt: ſcholaris clericus, ubi cõcludit, ꝙ ſcholaris exiſtens in ſtudio, & iuratus creditori nõ exire diſtrictũ Bononiæ, ante, quam ſatisfaciat, p Epiſcopũ, ſi eſt clericus, uel per partẽ reuocatur; põt recedere licentia petita, licet nõ obtẽta. uide Alex. in l. fi. ff. q ſatiſd. cog. & Pau. de Caſt. in l. in operis. ff. loc. & Corſet. in repe. rubr. de iureiu. in 23. priuilegio iuramenti.

b Non poteſt. Adde Spe. de leg. §. nũc oñdendũ. verſ. 24. gl. magna & Arc. in c. authoritatẽ 15. q. 6. & gl. & omnes in d.c. quanto. Card. in cle. t. ante fi. de iureiur. glo. & Arch. in c. Flor. 86. di. Arch. in c. q. ſacramento. 22. q. 4. Dom. in c. 2. de renunc. Tho. ſecunda ſecũdæ q. 89. arti. 9. in reſpon. ad tertiũ argu. Card. ſancti Sixti in libello đ poteſtate Papȩ q. 38. Arch. Florẽ. in 2. parte ſuæ ſummæ tit. 20. c. 5. 2. co. cum plurib. ſequent. cõiter concluditur, ꝙ ex cã pt commutare, ſuſpendere, & ẽt relaxare. ſine cauſa autem vera & apparenti, non poteſt abſoluere. Innocent. in d.c. 2. ẽn fi. de renun. & ibi But. Imo. & Do. p iſtum pulchrẽ in diſpu. ſtante ſtatuto ad fi. & facit gl. in c.non eſt voti, de voto. & qñ tollitur iuramentũ, dẽt fieri mentio de iuřo per iſtũ tex. & per gl. in c. cũ non deceat, de elec. li.6. & in cle. dudũ, in verſi. pacta, de ſepul. Adde qđ do. de Ro. deci. vlt. de iureiur. (eſt in antiquis) dñt, ꝙ ſi Papa cõmittat d auditori, ꝙ relaxetur iuramentum, prout venit relaxandum, ꝙ auditor poteſt remittere, non citata parte, ad effectum agendi.

ANTO. FRAN. Vtrũ Papa hẽat ptãtẽ deſpenſandi circa vota, & iuramenta ẽt ſine cã, videnda eſt primò pulchra gl. in cle. ad nřum, in ver. eccleſia, de hȩr. & alia in c.lector, in ver. Subdiaconus. & vidẽd⁹ aſt Hoſt. in c.magnæ, de vot. vbi fit cõcluſio, ꝙ oia liceãt Papæ, pterq̃ id, qđ ſapit peccatũ: quod ẽt limitauit Io. And. ibi, qñ peccatũ inſur e git ex ꝯuentione legis diuinæ tñ: ſecus ſi inſurgit ex ꝯdictione legis f poſitiuæ, vt p Inn. & doc. in c.qd ſuper his, de vo. & in c.licet, de fo. cõpe. & plura de poteſtate Papæ accumulauit Bal. in l. reſcripta, C. đ pci. Impe. offe. & de auth. & ptãte Pa. vide pulcherrimos tex. in c.fundamẽta, de elect li.6. & in c.pro humani, de homi. eo. li. & in c. 1. de trãſla. pla. & in c.cuncta p mundũ. 9. q. 3. & adde ꝙ põt abſoluere vaſallos alicuius Principis à iuřo fidelitatis ex cã, vt in c.grauẽ de exceſ. pla. & in c authoritate, & in c.alius. 15. q. 6. Et an poſſit diſpẽſare cũ religioſo ſup voto obedientiȩ, vide no. ẽn c.cũ ad monaſteriũ, de ſta. mo. & Hoſt. in ſum. de vo. in §. pen. & plenè per B. Tho. 2. 2. q. 186. arti. 8. Et an ſolus diſpenſet, in votis diſpenſabilibus, vide beatũ Tho. in 4. diſt. 38. artic. 2. & 2. 2. q 88. arti. 2. & arti. fi. Et qualiter Papa poſſit diſpenſare in voto continentiæ, vide per bea. Tho. 2. 2. q: 188. sec. 8. Et adde, ꝙ ſemper p facto Papȩ, in dubio eſt pſumendum, vt in c.nõ nos 40. di. & licet alij inferiores renuntient in manibus ſuperiorum, vt in c.ſuper hoc, de renun. tñ ſolus Papa renuntiat in manibus Dei; quia ipſe in terris non hẽt ſuperiorem. 78. di. in c.ſi qs & no. in c. 1. de renun. & qui ſint caſus reſeruati ſoli Papæ in ſignum ſummæ ptãtis, vide per gl. in c.ſicut, de exceſ. Præla. & per glo. in c. qđ tranſlationẽ, de offi. legat. in c. propoſuit, de conceſ. præbẽ. & vide Spec. qui oẽs hos caſus enumerat, aut p maiori parte, ẽn titu. de offi. lega. in §. nunc videndum.

c Sed ſolùm adminiſtratio. Adde But. & Card. in c. cũ ſuper, de cauſa poſ. & ppriet. & ibi iſtum in pen. col. & iſtum in c. ex literis, de pba. & Maria. cõſ. 145. Prælatus &c. alias incipi. ex literis tranſmiſſis, in 4. col. glo. 2. & doc. in c.cauſa, de verbo. ſig. tex. & glo. in c.puenit. gl. 1. de iureiu. Arch. in c.expedit. 12. q. 1. poſt glo. ibi. Do. in c. ad decimas. in 3. not. de reſti. ſpo. in 6. & in c. 1. 12. diſti. propter verba Archi. ibi & facit gl. in c. 1. 12. diſt. ſni eum, Faciat quod voluit Bar. in l. 1. §. fi. in fine. ff. de acqui. poſſeſ. vbi allegat Inn. in d. c. cum ſuper, Bar. in l. ſicut in fi. ff. qđ cuiuſq; vniuerſ. nomine, & in l. cũ hæredes, in prin. ff. de acquirenda poſſeſ. & Specu. de peti. & poſſeſ. §. 1. ibi: ſed pone vacante. & per illum in c.cum eſſes. in 20. col. ibi, quinetò principaliter, de teſta. Bal. in l. nnn minus, ff. de hære. inſtitu. & Domi. in c. 1. in 3. col. de ſumma Trinita. in 6.

d Intra quantum tempus. Adde Butr. & Imolam hic & iſtum in cap. dudum, in 1. colum. de præſum. & in c.ex parte, in vltima colum. de foro compẽ. & in c.ad audientiam. ĩ. eo. Butri. in c.ſuper literis, in 19. col. ĩ. eodem. & in c.exceptionem, in antepe. col. de excep. Inno. in c.paſtoralis, eo. tit. Inno. in c.veniens, in 4. colum. de renun. Io. And. & Domi. in c. 1. de lit. conteſta. in 6. in c.ab excommunicato, in fin. ĩ. eod.

e Impetraſſet. Adde But. Imn. Do. & Moder. hic.

f De confirmatione apoſto. In contrarium facit glo. in c.dudum, ad fin. in ver. pacta, de ſepul. per quam glo. dicit generaliter, Ro. ſingu. 8. & conſi. 293. ad fi. & conſil. 303. ad fi. & conſi. 436. in 3. columna, quòd clauſula; non obſtantibus, nunquam tollit diſpoſitiones confirmatas. & illam glo. etiam ob ſtatuta confirmata allegat Alexan. conſi. nu. 266. uiſo tit. quæ præmiſſæ. Niſi dicas ſecundum Mod. hic, ꝙ illa glo. procedit, ubi diſpoſitio nõ habet aliud robur maius cõfirmatione. ſed docto. hic loquuntur, ubi diſpoſitio eſt iurata & cõfirmata; & ſic habet maius robur, q̃ ſit confirmatio: quo caſu ſufficiet mẽtio maioris roboris. ſ. iuramenti: quia infertur ꝙ Princeps etiam præiudicaſſet ſtatuto confirmato: quod tamen moderni non affirmant. Pondera tñ pro Petro iſtum tex. cuius opinionem corroboraui, hic nonnullis medijs in lect.

Summar-

SVMMARIVM.

1 *Surreptio doloſa vitiat reſcriptũ in totum, ſed ſi in ſimplicitate ne nis, eatenus vitiat quatenus fuit cauſa conceſſionis. & an habeat locum in priuilegijs vide infrà 4. Et in dubio, an præſumatur ignorantia, vel dolus vide infrà 7.*

3 *Iudex, cui reſcribitur, poteſt cognoſcere de ſurreptione reſcripti.*

5 *Surreptio vitiat gratiam ipſo facto: ſed reſcriptum ad lites non. Simplicitas vtrum excuſet à ſurreptione in beneficialibus.*

6 *Impetrans aliquid dicendo eſſe dignitatem, cum ſit officium, non committit ſurreptionem.*

7 *Surreptio procedit ex taciturnitate beneficij, etiam tenuis.*

9 *Citatus nõ dẽt cõparere, ſi citãs nõ hẽt iuriſdictionẽ contra eum.*

10 *Iudex an poßit cognoſcere de ſua iuriſdictione, ſi ꝯ eũ opponitur.*

11 *Proceſſus factus ſup reſcripto, quod dicebatur falſum, & fuit pronunciatũ veri; an valeat, ſi poſteà reſcriptũ reperitur falſum.*

CAP. XX.

1 **S***Vper literis.* Difficile eſt, & famoſum c. & eſt clauis totius tituli, & h.d. in ſumma. † Exprimens falſum, vel tacens verũ in reſcripto, ſi malitioſe, caret ꝓrſus impetratis: ſed ſi p ſimplicitatẽ, vel ignorantiã, aut obtinuiſſet vero expreſſo, & ſuppreſſo falſo, ſaltẽ literas in forma cõi; & delegat⁹ ꝓcedit, ſeruato iuris ordine, & nõ ſpãli forma reſcripti: ſecus ſi nullo mõ literas habuiſſet. vel breuius ſic. Doloſa ſurreptio vitiat reſcriptũ in totũ: ſi ãt ꝓceſſit ex ſimplicitate vel ignorantia, eatenus vitiat, quatenus fuit cã cõceſſiõis. Diuidit in tres partes. Nã primò recitat caſum, ſup quo antiquitus erãt opi. Scdò illas p diſtinctionẽ bimẽbrẽ ad concordiã reducit: ibi, *nos igitur*. Tertiò dat regularẽ doctrinã: ibi, *vt ſic*. Caſus lrãlis. Quidã impetrauit literas à dño Papa p malitiã: alii p ſimplicitatẽ ſiue ignorantiã tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate. Quidã dicebant, ꝙ tales literę nõ valent, cùm mendax ꝓcator carere debeat impetratis. Alij dicebant, ꝙ & ſi forma literarũ carere debeãt: nihilominus tñ iudex ꝓcedere dẽt ſm ius cõe. D. Papa diſtinguit inter illos, q p fraudẽ, vel malitiã, & illos, q p ſimplicitatẽ literas impetrant tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate. Illi q p malitiã, vel fraudẽ falſitatẽ exprimunt, vel ſupprimunt veritatẽ, nullũ cõmodũ de hmõi lrĩs ꝯſequant: ita, ꝙ poſtq̃ delegato ſup hoc fides facta fuerit, de cã vlterius nõ cognoſcat. Inter alios, qui p ſimplicitatẽ literas impetrant, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate, diſtingue: ſi talis veritas ſit ſuppreſſa, vel falſitas ſuggeſta, quæ ſi fuiſſet tacita, vel ſuppreſſa, Papa ſaltẽ in forma cõi, literas cõceſſiſſet; delegatus ſm ordinẽ iuris ꝓcedat, & ñ ſm formã lrarũ. ſi verò talis falſitas ſit expſſa, vel veritas occultata, q̃ ſi fuiſſet tacita vel expreſſa, Papa nullas literas cõceſſiſſet; delegatus nõ ꝓcedat per literas illas; niſi in hoc, vt ptes cõuocet ad pñtiã ſuã, & de qualitate precũ cognoſcat: vt ſic in vtroq; caſu eadẽ rõ, quæ delegantẽ mouerat, moueat & delegatũ; & niſi delegans ſuas literas delegaret, delegat⁹ offm ſuũ nullatenus interponat.

2 Ber. † Not. 1. ꝙ ſurreptio doloſa, ſiue ſit in tacendo, ſiue in falſo exprimendo vitiat totũ reſcriptũ: licet nõ fuerit cã totius reſcripti, ſed fortè formæ ſpãlis tantùm; & hoc in pœnã ipſius mẽdacis. Et ex hoc nota textũ apertũ, ꝙ ſurreptio doloſa vitiat oĩa contenta in reſcripto; licet reſcriptũ cõtineat plura ſeparata, ẽt ſi ſurreptio non fuerit cã obtinendi oĩa; qđ eſt ualde nota. Nã ſi hoc habet locũ in literis cõtentioſis, fortius dẽt procedere in literis gratioſis, cùm ſurreptio magis vitiet literas gratioſas, vt dixi in cap. cæterum, ſ. eo. Ex quo collige limitationẽ notabilẽ, ad cap. ſi eo tpe ſ. eo. lib. 6. vt procedat ille tex. qñ ſurreptio nõ fuit doloſa; ut tunc uitiet ſolũ illã partem gratiæ, cuius fuit cã, & non reliqua cõtenta in reſcripto: & adde hoc ad ea quæ dixi. ſ. eo.

a ſedes. a Et not. ꝙ hęc parificantur quo ad hęc, taciturnitas
b veri, & ſuggeſtio falſi. b dolus tñ pſumĩt ex ſuggeſtione falſi; & ſic ſalua quod dixi in prædicto. c. ſedes. Not. ſcdò aliam g

c not. regulã, ꝙ ſurreptio nõ doloſa, c ſed ex ſimplicitate, uel ignorantia ꝓcedens, eatenus uitiat reſcriptũ, ſeu contenta in eo, quatenus fuit cã inductiua conceſſionis. Vñ ſi ſurreptio fuit cã iductiua ſolĩ formæ reſcripti, vitiat ſolùm ipſam for-
d mã, & nõ ſubſtantiã d reſcripti, cuius nõ fuit cã. Sed ſi fuit cã inductiua totius reſcripti vitiat totũ reſcriptũ. Pone exemplũ: impetraui reſcriptũ ꝯ debitorẽ meũ & dixi, ꝙ de conſuetudine patriæ, cauſæ tractantur ſimplr & de plano. &c. Vnde Papa cõmiſit cãm ſimplr & de plano tractandam. ſi n. hoc eſt falſum, ut quia non viget talis conſuetudo in patria; tunc nõ dẽt uitiari reſcriptũ in totũ: qa Papa nihilominus literas dediſſet in forma cõi; & ideò delegatus procedit ſm iuris ordinẽ. Sed ſi malitioſe illud expreſſiſſet, dẽt in pœnã carere cõmõ totius reſcripti, vt in primo caſu. Not. 3. ꝙ ſurreptio qñque
e cõmittit ex ignorãtia, e qñq; ex ſimplicitate, qñq; ex dolo. nec ignorãtia excuſat ſurreptionẽ, ſi fuit cã inductiua cõceſſionis. Et facit optimè ad id, qđ dixi. ſ. eo.
f cõſtitut⁹. Quartò no. ꝙ rigor iuris f qñq; ponitur ꝓ ordine iuris. Nã id, qđ hic in prin. appellatur rigor iuris; poſteà appellatur ordo iuris. & dr ordo iuris, rigor reſpectu ſpecialis formæ contentę in reſcripto fundatę ſuper ęquitate. Exemplum. ſi Papa mãdat ꝓcedi ſine ſtrepitu & figura iudicii, ordo iuris reſpectu iſtius formæ pt dici rigoroſus. Qñq; rigor ponitur ꝓ quadã iuris auſteritate, vt qñ ad terrorẽ in aliquo caſu ſ⁹ extẽdit ſe excedẽdo modũ in apponẽdo pœnã. Qñq; ſumit rigor ꝓ ſubtilitate iuris, ut in c. literis, de reſti. ſpo. & de his uide bo. gl. in c. ut conſtitueretur. 50. di. † Not. in uer. *niſi forſan*. aliã
3 regulã no. ad quã quotidiè allegatur iſte tex. ꝙ iudex ẽt delegatus pt cognoſcere in dubio de ualiditate reſcripti, vñ ſi opponitur exceptio ſurreptionis, delegatus dẽt eſſe iudex iſtius incidentis. g Vltimò
g no. ꝙ delegatus debet ſe regulare ſm uoluntatem delegãtis, ut ea rõ, q̃ mouet delegantem, debeat mouere ipſum delegatũ. Nã utitur uice delegãtis, ut in c. ſanè, de offi. deleg. Deſcendendo ad declarationem iſtius. c. quoniam glo. ordinariæ nihil boni dixerunt, primò opponitur ꝯ tex. in eo, ꝙ diſtinxit, utrũ ſurreptio fuerit cõmiſſa doloſe, an per ignorãtiã, uel ſimplicitatem. uidetur. n. ꝙ omnis ſurreptio habet pariter uitiare, ad hoc c. ſedes ſ. eo. ubi dicitur, ꝙ mendax precator debet carere impetratis. Item decretum interpoſitum per ſurreptionem non tenet,

a Suprà eo. ſedes. Vide ibi alias limitationes ad d. c. ſi eo tempore.

b SEB. SAPIA. Falſi. facit, ꝙ nõ ſolũ dicendo, ſed ẽt tacẽdo cõmittitur mendaciũ. l. ea, quę cõmendaſ. vbi Bar. inducit ad teſtes. ff. de contrahen. empt. no. d. Iaſ. in l. præſcriptione, in 2. no. C. ſi ꝯ ius, vel vti. publ. facit qđ not. Bar. in l. ꝯ, ff. de legib. & in l. quæro, ff. de act. emp. & Pan. in l. 1. §. ſi. ff. eod. & hoc verũ, qñ conſcia veri dictae aliquid dicere, ꝑ ut not. dec la. Archi. in c. ne quis. 25. q. 2.

c Surreptio ñ doloſa. Adde Io. Imol. Domi. hic & do. late in rep. c. poſtulaſti, i 15. col. ſ. eo. Rotã de præb. 19. quidam obtinuit, in antiquioribus. Cald. in iſto tit. conſ. 2. bo. tex. in c. dudũ in verſi. conſiderantes, de præbẽ. in 6. & c. ſi ꝓ clericis pauperibus eo. ti. & lib. Innoc. & Hoſtie. de tranſac. c. ex literis. Rotã hoc tit. 67. Papæ ſupplicat in antiquis. & plenè hic per Mod. limitantes hoc quinque modis. ZACHARIAS.

d Et non ſubſtantiã. Adde, quæ dixi i apoſt. ad iſtũ in c. cõſtitutus, in apoſt. in verſ. uitiat gratiã & literas. nu. 5. ſ. eo. vñ nõ debet ſequi iudex formã in reſcripto poſitam, ſed ſm iuris ordinẽ procedere, ut eſt text. in iſto c. Aduerte tñ, ꝙ ſequẽdo iuris ordinẽ, nõ debet recedere à verbis reſcripti: alias proceſſus eſſet null⁹, & condẽnatio ſo qui non poſſet, vt ex hoc tex. eli.

e Ex ignorantia. vide hic omnino Mod. in vlt. co. in verb. 2. cõcludit.

f Rigor iuris. vide iſtũ in c. in literis, de reſt. ſpo. i vl. no. facit tex. & qđ ibi not. in l. nulla iuris rõ, ff. de leg. & vide iſtũ in c. ſi clerici laicũ, de fo. cõpe. in 2. col. & no. in c. ne cõſtitueret, 50. diſt. & in c. requiritis, §. niſi rigor. 1. q. 7. & uide bo. tex. in c. fraternitatis, 34. diſt. quem alleg. iſte in c. non debet, de conſan. & affini.

g Incidẽtis. uide bo. tex. cũ ibi no. in c. cæterũ. ſ. eo. & in cl. 2. e. eo. ti.

a Mēdaciū. Ad le Alb. in dictionario ſuo in ver. mēdaciū. & B. Tho. 2. 2. c. de mēdacio, 4. diſt. & Philoſophus, 1. elenchorū dicit, ꝙ duplex eſt operatio ſapientis, ſ. non mentiri, & mentientē poſſe manifeſtare: quicunq; ergo mentitur, arguit ſe non eſſe ſapientē. & vide Raymun. in ſum. de mendacio, & in lib. cōfeſ. lib. 6. ti. de mendacio, q. 2. melior in ciuitate, eſt reſtituēdū in foro cōſcientiæ. Et adde vltimò, ꝙ octo ſunt genera mendaciorū, de quibus hr̄ in c. primum 22. q. 2.

b SEB. SAPIA. Sine dolo. Mendacium eſt cum dolo, ſi capiatur ſtrictè, vt hic p Abb. & ita ēt intelligit Bar. in l. quid ſit falſum, vbi Alex. in apoſt. ff. de falſ. quem ſequitur Alex. in conſ. 73. non puto, co. 3. in 1. vol. ſed ſunt plures ſpecies mendacij, & reperitur ēt ſine dolo, vt eſt gloſ. magiſtra. in c. ne quis arbitret, 22. q. 2. & tex. in c. 2. ea. q. & cauſa. Et ſi quæratur, an in dubio præſumatur cum dolo, diſtinguerē, ꝙ præſumitur, cū dolo, qñ ex eo mentiis perciperet cōmodum: aliàs ſecus, per tex. no. in l. & elegaorer. §. ſi. cū l. ſeq. ff. de do. & hoc ex multis ꝓbaui in l. qd Neratia, io contraria doli præſumptiō, ff. depoſiti.

& mendaciū alteri non nocēs non punitur, ff. de euic. l. fondum, §. fi. & p Albe. C. ſi ꝯ ius, vel vti. pub. l. præſcriptiōe, in fi. & quid ſit mēdaciū, vide gl. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet, ff. de interroga. actio. & gl. 22. q. 2. c. nec artificioſo, & magiſtrū ſent. libr. 3. diſt. 37. & 38. Hoſt. in ſum. de iureiuran. §. quot comites, uerſicu. dicit tamen & uerſi. ſeq. & in ſum. de pœ. §. quæ interrogationes, uerſ. hic tñ notādū. Et qñ dr̄ reſcriptū fuiſſe obtētū p mēdaciū, quis debeat ꝓbare, vel opponēs vel impetrans, vide Io. in addi. Spe. in ti. de cland. deſpon. ſuper rubr. Adde Spec. in ti. de cau. poſ. & ꝓprie. in prin. & dicit Ro. ꝙ mendaciū præſupponit dolū ita conſ. 70. ZACHARIAS. Dic tu, ſecus eſſe in mendacio per ignorantiam. ita not. gl. in l. Iul. §. qd āt, ff. de ac. emp. gl. & Arch. 22. q. 2. c. nec artificioſo.

ut l. magis puto. §. fi. ff. de reb. eo. Item in quolibet reſcripto exprimitur aut intelligit̃ cl'a, ſi preces ueritate nitantur, ut in c. 2. ẽ. eo. Si ergo preces fuerunt obreptitiæ, dēt corruere reſcriptū ex defectu conditionis. Itē facit ꝯ iſtū tex. l. præſcriptione, C. ſi ꝯ ius, vel vti. publ. vbi tex. loquit̃ de reſcripto impetrato per mendacium, a nec ex toto annullat reſcriptū; & tñ mēdaciū nō eſt ſine dolo: b quia vt ait Aug. mendaciū eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, vt hr̄ 22. q. 2. in c. beatus §. ille. & tene menti illū tex. Solu. ꝑꝑ hæc ꝯria & ſimilia, & maximè qa duæ leges ciuiles videbantur in hac mā diſcordare, vt d. l. ꝓſcriptione. & l. & ſi legibus. C. eo. ti. fuerunt opi. inter doct. iuris ciuilis, quarū duas hic Papa in princ. reci. in prima fuit Pla. ſecunda Iac. de Bel. & Azo. Et vide plures alias p gl. & doct. in d. l. præſcriptiōe. Per quā qdē leg. & rōnē ẽ. dictā dicit ibi Cy. ꝙ diſtinctio iſtius, c. nō ꝓcedit de iure in eo, qd̄ facit drīā inter mendaciū cōmiſſum ex dolo & ignorantiā: ſed certè neſciuit qd diceret. Nam vbi Cy. neſciebat ſoluere ꝯriā iuris canonici, imprudēter dicebat, ꝙ ex errore Canoniſtarū illa iura ꝓceſſerant. Vñ meritò in hoc & ſimilibus redarguit̃ ab aliis doc. ēt iuris ciuilis. Et ſi inſiſtēdo in opi. antiquorū: qa hodiè habem⁹ hic tex. clarū, cui debent acquieſcere Legiſtæ p ea, q̄ no. in c. p venerabilē, q filii ſint leg. dicēdū ē, vt hic diſtinguit̃. Nec ob. rō Cy. Nā mendaciū ſtricto mō captū, diffinit̃, ſicut dictū eſt. ſed largo mō mendaciū ꝑt dici oīs falſæ vocis ſignificatio, ēt ſine dolo: c vt in c. 1. & in c. aīaduertendū, & in c. is aūt, qui 22. q. 2. Vnde ſicut dicimus in dolo, ꝙ eſt dolus c ex ꝓpoſito, & dolus re ipſa: d qñ. ſ. quis fuit deceptus nō ex propoſito, vt l. ſi quis cū aliter, ff. de verb. ob. Ita dicendū de mēdacio, ꝙ eſt mendaciū ex propoſito, & mendaciū re ipſa. Nā alias dicimus, ꝙ eſt dolus malus, & dolus bonus, vt in l. 1. ff. de do. ita eſt dare mendaciū doloſum, & punibile e, & mendaciū ſine dolo & nō punibile, f vt in d. c. 1. Item iſte tex. ſi dicit, ꝙ mēdaciū hic interuenerit ex ignorātia. g ſđ ꝙ veritas fuit tacita, vel falſitas ſuggeſta ex ignorātia. Nō ob. illa lex, ꝓſcriptione, qa hēt multos intellectus: qa ſi intelligit̃ de mendacio nō doloſo, ꝑt adduci ad ẽm dictū huius. c. Si intelligit̃ de mēdacio doloſo, intelligit̃ ſinis illius leg. vt nō cognoſcat ille, cui reſcriptū dirigebat̃, ſed iudex alſ ordinari⁹ vel teneat̃ alia lectura, de qua ibi. Nō ob. c. ſedes. qa dēt reduci ad primā regulā huius c. Nā loquit̃ de mēdacio doloſo. Nō ob. d. l. magis puto. qa decretū iudicis eſt maioris ꝓiudicii, q̄ reſcriptū. Itē ꝑt dici, ꝙ ibi ſurreptio fuit ex toto cā obtinendi decretū; & ſic ꝑt adduci ad vltimū caſum huius capl̃i. Non ob. qđ dixi de cl'a ſubintellecta; qa illa refert̃ ad exercitiū iuriſdictiōis. Itē ad formā reſcripti. Vñ ſi ſubreptio fuit cā obtinēdi ſpālē formā, vitiat ꝓrſus illā formā: ſed remanet ſubſtantia reſcripti. i. ipſa iuriſdictio: ex quo ſurreptio nō fuit cā ſubſtantiæ reſcripti. Et ex his habes diſtinctionē huius cap. defenſatam. Et intellige, ꝙ iudex debet procedere ẽm tenorem iuris, ſi mendacium fuit

c Quod eſt dolus. Adde not. in c. cū dilecti, de empt. & vend.

SEB. SAPIA. d Re ipſa. Quid differat dolus ex re ipſa, & dolus ex propoſito ponit do. Abb. in c. cum cā. in fi. de teſti. ꝙ dolus ex propoſito reſcindit ꝯtrā, etiam ſi ſit læſio citra dimidiā iuſti precij: ſecus ſi ſit ex re ipſa, de quo latè p d. Bar. vero. io tracta. de ſimul. contrac. in 3. caſu principali, in t. præſũp. Aliam differentiam ponit Innoc. in c. quotoualis, J. de iureiuran. quòd pro dolo ex propoſito competit actio de dolo, ſed pro dolo ex re ipſa, datur exceptio: de quo dixi in rep. l. 2. poſt notabilia. C. de reſcind. vendi. & vide quomodo æquiparantur per Alex. in l. ſi ſuperſtite, C. de dolo. per Curtium Seniorem in conſi. 66. ſuper præmiſſa col. antepe.

ANT. FRAN. Circa hoc quod hic dr̄ de mendacio, dicas, ꝙ oīs mendax eſt abominabilis apud Deum, c. ſi quis, 11. q. 3. cum ſeq. & c. ſi quis hominē. Et alibi dr̄, ꝙ mendaciū oṗ eſt minus peccatum quā homicidiū, vt io c. nemo peritorū, 11. q. 3. Et adde, ꝙ cā humilitatis nullus dēt mentiri: & qui facit, peccat 22. q. 2. c. cā humilitatis, & c. nō ita. Et adde, ꝙ nullus dēt mentiri ēt pro corporali vita alicuius ſaluanda c. ne quis, & c. faciat homo, & c. oē genus, cum ſeq. 22. q. 2. vbi dr̄, ꝙ licet nō liceat hoc caſu mentiri: tñ licet occultare veritatē: cuius tñ ꝯtrium voluit gl. 22. q. 4. io §. ſed cōtra his, ſup ver. decepti. de qua qōne vide p Hoſt in ſum. de pœn. §. quæ interrogationes, verſi. qd ſi aliquis quærat. & per B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 110. & vide tex. in c. quiſquis metu, 11. q. 3. vbi dicitur, ꝙ tam dicēs mendacium, q̄ occultās veritatē, reus eſt apud Deum, vt in cap. quiſquis metu, 11. q. 3. Et qñ mendacium ſit peccatum mortale, habetur, 22. q. 2. cap. mihi autē. & cap. 1. & c. ne quis arbitretur, & ibi glo. & vide glo. ꝯ. q. 6. io cap. fin. & habetur per B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 115. artic. 3. & 4. vbi dicit, ꝙ non omne mendacium eſt mortale, & per eundem in 3. ſententia. diſt. 38. artic. 1. & 4. Et adde, ꝙ mendacium, quod inducit mortale, eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, & damno proximi: & habetur io c. beatus 22. q. 2. de quo etiam per glo. in l. de ætate, in §. 1. ff. de interroga. actio. Et ad materiam quid ſit mendacium, vide magiſtrum Sen. in 3. diſtinctio. 37. & 38. & per Hoſtien. in ſum. de iureiurando, §. quot comites, verſiculo. dicit tamen, & ſequen. & in ſumma, de pœn. prælleg. §. quæ interrogationes, verſi. hoc tamen notandum. Et adde, quòd qui mentitur Papæ, etiam ſacrilegium committit, vt in c. ſerpens, de pœnitētu. diſtin. 1. & vide Hoſtien. in ſum. de pœniten. in §. quibus, in verſi. quid ergo facit ſacerdos. vbi dicit, ꝙ lucrū, qđ quærunt artifices ex mendacio, dicēdo, iſta res tm̃ valet, vel tm̃ mihi cōſtat, vel nō eſt

e Punibile. Adde not. ff quod cum eo, l. ſed & ſi. §. 1. & in l. cùm de indebito, in glo. indebiti, ff. de proba. & ff. ad leg. Aquiliam, l. inde Neratius, §. penul. in gl. In duplum, glo. ſi. in l. ſi. ff. de rei vend. gl. 2. & ibi Cy. in l. ſed cum patrono, C. commu. vtriuſque iudi. l. ſi dubitetur, §. 1. ff. de fideiuſ. Et io quibus caſibus mentiens puniatur, plenè p Bar. in l. 1 C. de furt. in 5. & 6. colum. io l. præſcrip. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & in authen. contra qui propriam, C. de non nume. pecu. not. 21. q. 2. primum Di. in regu. nullus pluribus, lib. 6. Adde Specu in titu. de cauſa poſſeſ. & proprie. in prin.

ZACHARIAS. Adde eundem Spec. in titu. de excep. & replica. §. 4. ver. eſt ergo. & verſi. quid ſi debitor. & in tit. de poſitionibus, §. 8. verſi. ſed ſecondum; & §. 9. ver. item illud, Bald. in l. 1. in ſeptima & octaua col. C. de furt. & in l. ſed ſi. §. 1. ff. quod cum eo. gl. in l. cum de indebit. ff. de proba. Bar. in l. ſi. de rei vend.

f Non punibile. Vide Paulum de Caſtr. conſ. 149. incipiente, in Chriſti nomine, videtur dicendum, quòd dictus presbyter. & vide Ange. per illum textum in l. eum qui, §. finali. ff. de iniurijs, & per eundem per illum textum, io l. at qui natura, §. cum me abſente, vbi etiam glo. ff. de nego. geſtis; quòd licet mentiri in iudicio propter ſuum ius conſeruandum.

g Ex ignorantia. Adde notata in lege, Iulianus. §. quod autem, ff. de actione empti, quod mendacium doloſum plus punitur, quàm per ignorantiam.

cauſa ſolius formæ; qñ métio impetrãtis pt includi ſub ver
bis reſcripti. Aliàs ſm Inn. & bene, reſcriptũ annullat in to
tũ. Pone exẽplũ: impetrãs narrauit in reſcripto Titiũ ſibi o-
bligatũ occaſione mutui: quare petit illũ ꝯdẽnari ad ſatisfa
ciendũ ſibi de debito. Nũc verò vult agere ꝯ eundẽ ex titulo
donationis, & cõpelli petit aduerſariũ ad tradendũ, & dicit
ſe narraſſe mutuũ ex ignorãtia. Certè nõ eſt audiẽdus: quia
iſta cã, quã nũc vult intẽtare, nõ pt cõprehendi ſub verbis re
ſcripti. Et ſic non pt iudex ꝓcedere ẽt ſm iuris ordinẽ. Secꝰ
aũt vbi intentio impetrantis pt includi ſub verbis reſcripti.
Exẽplũ patet ex pdictis, qñ impetrans narrauit conſuetudi
4 nẽ, &c. vt ſ. dixi. † Scđò principaliter q̃rit, vtrũ diſtinctio hu
ius capituli habeat locũ in priuilegio, ſeu literis beneficiali
bus? Et hic eſt qõ dubia & ſubtilis. Sed vt clarè habeantur,
ſequentia, pmitto, ꝙ ex deciſione huius c. pñt elici tres regu
læ explicatæ. Prima regula, ꝙ ſubreptio doloſa vitiat reſcri
ptũ in totũ. Scđa, ꝙ ſubreptio ex ignorantia, vel ſimplicita
te, ſi fuit cauſa obtinẽdi ſolius formæ reſcripti, nõ vitiat ſub
ſtãtiã ipſius reſcripti: ex quo Princeps aliàs expreſſa verita-
te, vel falſitate tacita, reſcriptum conceſſiſſet. Tertia regula,
ꝙ ſi ceſſante ſubreptione, Papa nullo mõ dediſſet reſcriptũ,
vitiaretur reſcriptũ in totũ, licet ex ignorantia vel ſimplici
5 tate veritas fuerit tacita, vel falſitas expreſſa. † Quo ad pri-
mã regulã oẽs cõueniunt, vt habeat locũ in priuilegiis & li
teris beneficialibus. Nã ſi ſubreptio doloſa vitiat ex toto li-
teras cõtentioſas, fortius habet vitiare literas gratioſas, cũ
ſubreptio magis inficiat gratiã, q̃ reſcriptũ ad lites. Patet ex
eo: qa grã ipſo facto eſt nulla pp ſubreptionẽ, vt in c. 1. & 2.
de filiis pſby. li. 6. & j. e. ad audientiã. Sed reſcriptũ ad lites
nõ eſt ipſo iure nullũ, vt in c. cæterũ, & qđ ibi dixi. ſ. eo. Et p
hoc, vt pdixi, ſingulariter limitarẽ illud. c. ſi eo tpe. j. e. li. 6.
vt literæ, ſi cõtinent plures gratias, & ſubreptio doloſa fuit
cauſa vnius tñ, ꝙ in pœnã doli debẽt vitiari literę in totũ,
a vt not. innuit iſte tex. & facit, qđ dixi. ſ. eo. ſedes. a Quo ad
ſcđam & tertiã regulã, eſt dubiũ. Nã Io. hic vr̃ velle, ꝙ ſim-
b plicitas nõ excuſat à ſubreptione b in iſtis beneficialibus p
c. ſi motu ꝓprio, & ibi gl. de pben. li. 6. Sed ignorãtia ꝓbabi
lis vr̃ excuſare, p tex. no. in c. gratia. j. eo. li. 6. Sed idẽ Ioan.
And. in d. c. gratia, in nouella, dicit illud. c. gratia, fundatũ
ſu p maxima rõne & æqtate potius: & ꝙ nõ debet excedere
terminos ſuos: & ꝯriũ diceremus, ſi nõ emanaſſet illud capi
tulũ. Ad idẽ vide gl. in d. c. ſi motu ꝓprio, q̃ dicit, ꝙ in lite-
ris gratioſis nõ habet locũ iſta regula. Nã papa daret benefi
ciũ habenti paruiſſimũ; & tñ ſi in impetratione non ſit men
tio de paruiſſimo beneficio, non valet grã, vt ibi. Nec diſtin
guit ibi, an ex ignorãtia, vel ex ſimplicitate tacuerit impe-
trans minimũ beneficiũ: quaſi velit, ꝙ ſurreptio vitiet lr̃as
gratioſas; licet aliàs Papa cõceſſiſſet grãm. D. Ant. dicit poſ
ſe dici, ꝙ ſi grã poſſet reduci ad terminos iuris cõis, ꝙ tunc
poterit practicari iſta ſcđa regula in literis gratioſis; & in
hoc caſu intelligit illud. c. grã. Sed certè ego nõ video, ꝙ il-
lud capĺm aliquo mõ reducat ad terminos iuris: imò igno-
rantia ampliat ibi grãm: qa ſi ſcienter ibi impetraſſet ſm in
cõpatibile cũ primo, facta mẽtione de primo, nõ daret ſibi
optio retinẽdi primũ, vel ſm. Sed adepto ſecundo vacaret
primũ ipſo facto, vt in c. de multa. j. de pb. & tñ ibi pp igno
rantiã datur optio. Itẽ de iure cõi quis debet eſſe cõtentus
ea vocatione, qua primò vocatus eſt, vt in c. 1. & 2. 21. q. 1. Et
ibi datur optio, vtrũ velit accipere primũ, vel ſm. Itẽ nõ vi-
deo poſſibile in iure, vt gratia reducatur ad terminos iuris
pp ſubreptionẽ commiſſam in caſu expreſſo. Quia gratia
nunq̃ excepit caſum propriũ; adeò, ꝙ impetrans non pt il-
lã gratiã trahere ad beneficiũ magis tenue; & hoc quia mẽs
Principis nõ fuit concedere gratiã in alio caſu, q̃ expreſſo.
Ad hoc textus expreſſus in c. cui de non, maximè in fine, de
pben. li. 6. & in c. ſuſceptum, de reſcriptis, eod. libr. Hoc etiã
vñr ſentire dom. de Rot deciſ. 369. aliàs. 270. in antiquis.
Vnde in hac materia cõcludere, ꝙ ſi hęc ſecũda regula ſubti
liter & mentaliter cõſydereꝶ, poterit pra
cticari in literis gratioſis & beneficialibꝰ.
Nã hęc regula nihil aliud vult in effectu,
quã ſi ſubreptio nõ doloſa fuit cauſa vniꝰ
rei tñ; habet vitiare illã rẽ duntaxat, &
nõ aliã, cujus nõ fuit cauſa. Exẽplũ: regula
riter reſcriptũ conſiſtit ex duobus ex ſub-
ſtantia, & ex forma ſubſtãtia reſcripti eſt
ipſa iuriſdõ: forma. verò eſt ipſe modus
ꝓcedẽdi, quẽ pp pfixit delegato. Si ſubre
ptio fuit cauſa illius formæ tñ, vitiat ſolũ
illã formã, & non ſubſtantiã reſcripti; ex
quo fuit ſine dolo. Ita dicã in lr̃is gratio
ſis: ꝙ ſi litera gratioſa cõtineret plura, &
ſubreptio ñ doloſa fuit cã vniꝰ tñ; ſolùm
vitiabit illud & nõ reliquũ; caſum allego
in d. c. ſi eo tpe. Et ſi hoc ꝓcedit in benefi
cialib. vt ibi; fortiꝰ hoc idẽ dicẽdũ in aliis
gratiis, cùm lr̃æ ad bñficia ſint multũ ſtri
cti iuris pp ambitionẽ, vt in c. q̃uis, de p-
bẽ. li. 6. Hoc verũ, niſi obtẽtũ p ſubreptio
nẽ habeat cõnexitatẽ cũ reliqs: qa tũc rõ-
ne cõnexitatis ſubreptio vitiat oĩa, vt eſt
tex. in c. conſtitutus. ſ. eo. ſm intellectũ,
quẽ ibi dedi. Nunquid ãt ignorantia ali-
quo modo excuſet in iſtis gratioſis, vt ſic
c. gratia, poſſit trahi ad ſimile? Puto poſſe
attentari, ꝙ vbi cõcurrunt quatuor, pote-
rit trahi ad ſimile. Primò, ꝙ ignorãtia ſit
ꝓbabilis, vt in d. c. gratia. Secundò, ꝙ nõ
piudicetur iuri tertii, de quo nõ eſt facta
mentio: aliàs ãt ignorantia nõ excuſat. Et
hoc caſu intelligo c. conſtitutus, ſ. eo. qa
Princeps non intendit alteri præiudica-
re, ſi non exprimit, vt ibi dixi. Tertiò, ꝙ
Princeps fuit cõceſſurus aliàs illã gratiã
expreſſa veritate; licet non ita de facili,
c ut in c. gratia, iã dicto. Quartò, c ꝙ gratia
nõ excedat caſum propriũ, ut in d. ca. cui
6 de non. † Et ad prędicta adde notabilem
qõnem, quam ponunt domi. de Rota, ubi
ſ. Quidam impetrauit theſaurariam, ſeu
ſacriſtiã. Senen. uacãtem, & dixit eã eſſe
dignitatẽ. in loco compertum fuit, ꝙ non
erat dignitas, ſed officiũ; nunquid ſubre-
ptio uitiet? Fuerũt opiniones, ſed maior
pars dño. de Rota tenuit, ut nõ uitiaret:
quia illa falſitas non fuit cauſa inductiua
gratiæ: qa Papa faciliꝰ dediſſet, ſi dixiſſet,

a Sedes. Vide ibi alias limitationes, ad c. ſi eo tempore.

b ZACHARIAS. Simplicitas, non excuſat à ſubreptione. Adde de hoc per Spec. in tit. de poſitionibus. §. 11. verſ. ſed nunquid Berengarius latiſſ. p Card. in clem. 2. in 1. oppo. vbi ẽt qñ excuſet, & in quibꝰ ſimplicitas, & qñ, de pœni. & remiſ. & qui dicantur ſimplices, adde eundẽ Cardi. vbi ſ. gl. 22. q. 4. Inn. & Bal. ſuper rub. C. de rer. permu. tat. verſicu. item quæritur.

ANTO. FRAN. Circa hoc, an & qñ ſimplicitas ſit probanda, vel improbãda, & an repellat aliquẽ à ꝓmotiõe; vide no. & plenã glo. in c. Pen. 39. di. & in c. qa frater. 7. qõ. 1. hæc cõcluſio eſt, ꝙ qdã eſt ſimplicitas ꝯria prudẽtię: & iſta improbat. Pro quo vide gl. 16. q. 1. in c. ſi cupis. & vide ẽt gl. in c. Epornm. 74. di. & vide Hoſt. & Mod. poſt eũ. in c. dilecti de iudicis. vbi ponunt, qñ ſimplicitas ſit amplectenda, & ſubtilitas reſpuẽda. Et adde ꝙ qui ſub ſimplicitatis nomine ſacerdotũ ſtultitiã excuſant, reprehenſione digni ſunt. c. oportet, 36. di. & quo intelligatur illud dictũ, ꝙ ſimplicitas eſt amica legũ; vide glo. in verſi. ſimplicitas, in §. ſed quia, inſtit. de fideicõ. liber. & glo. in l. manifeſtiſſimi in §. talis itaq;, in verbo, ſimplicior C. de furt. & gl. in verbo, ꝓcedere; in §. ſi verò moriantur, in authẽ. de inſtru. cau. & fide. & vide gl. in c. veritatis, in verbo, ſimplicitatis, de iureiur. & quæ habentur in c. cũ ſancti. 24. q. 3. Et quis dicatur ſimplex, vide text. in. l fina. C. de do. ante nupt. Et de ſignificatu verbi & dictionis, ſimpliciter, vide Barto. in. l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupil. & in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſt. vltra dicta per eum, in. l. 1. in. §. ſi quis ſimpliciter, de verb. obliga. & vide Bal. in l. cum falſum, ff. de acqu. hær. & in l. 1. in princ. C. de ędi. ac. & habetur per glo. & ſcriben. in clem. ſæpe, de verbo. ſignific. & per Bar in l. 1. ff. de teſtamen. milita. & in l. neque. §. deportati, eo. ti. & habetur in c. ſi. de hære. lib. 6.

c SEB. SAPI. Quartò. Sed iſta declaratio vr̃ dubitabilis per illud, qđ dicit Arch. in c. gratia, de reſcr. in 6. ꝙ ſi tibi collatũ fuit beneficiũ, & ꝓcurator tuus aliud impetraſſet, talis ignorantia excuſat. ꝯ licet ꝯriũ ibi teneat Io. An. & Franc. Pu. qa corrigeretur hoc modo tex. iſte, & in correctoriis non eſt licita extẽſio; tñ facilis eſt rñſio, ꝙ per illud non tollitur tex. iſte, ſed limitatur: vnde ſuccedit, ꝙ in mã limitatoria eſt licita extenſio, Barto. in l. ſi conſtante, in opp. prin.

me partis,nu.42.ubi alij,ff. ſolu. matr. & ad hanc materiam uide per Felinum in c. ad audientiam ſecundo, col. 5.uerſi.literæ bene ficiales,in fi.j.eo.

a Et illa qualitas.uide Mod.in c.ad aures,in 2.col.ibi,de qualitatibus beneficij.ſ.eo.& not.in c.in noſtra.j.eo.& de iſta quæſtione in terminis,uide iſtum in c.ſignificante, in fi.j. eo.

b Falſa demonſtratio. Adde tu dom. de Ro.deciſi. 561. in antiquis, ubi dicunt,q̃ impetrans beneficiũ quod dicit curatum, uel requirere reſidentiã,non debet carere gratia, ſi illud nõ ſit curatũ,vel non requirat reſidentiã. Et dicit Ro.conſ. 417. quòd falſa demonſtratio vitiat, licet de corpore conſtet, cũ illa inducit diſpoſitionem:& vide Anchar. conſi. 286.Alexand conſil. 5 36.ſecundo libro.

a q̃ erat officiũ tantùm. Item conſtabat de corpore bñficii,& illa qualitas à dignitatis fuit expſſa cã demõſtrationis.Falſa.n. b demõſtratio b nõ uitiat, ex quo cõſtat de corpore,ut in l.falſa demõſtratio,ff.de cõditioni.& demõſtratio. facit quod no.in frã.eo.c.ſignificante; & uide quod ibi dicã. Secus aũt ubi falſitas eſſet expreſſa nõ cã demõſtrationis, ſed cã taxationis gratiæ: q̃a tũc vitiaret, licet pp aliãs ɔceſſiſſet: q̃a ſatis eſt,qđ nõ cõceſſ:t in alio caſu: & iſte eſt caſus notabilis, de cuius deciſione nõ ſubt:liter aduertẽs miraſ in c. ſuſceptũ.j. eo.li.6.Vbi dr̃, q̃ ſi impetro beneficium, quod dixi vacare per renuntiationẽ non c debet,ſi vacat per mortẽ c, licet cõſtet de corpore beneficii; & licet renuntiatio & mors,quantũ ad vacationem æquiparẽt.

ZACHARIAS. Dic tu pro reſolutione, q̃ falſa demonſtratio nõ vitiat reſcriptũ,niſi dederit ei cauſam.ita concludit Bal. in.l.ne que.in fi.C.de proba. Bar.in l.demonſtratio,in 5.q.in prin.ff.de cõdi.& demon.gl.in cle. 1.de proba:& in c.ſignificante.j.iſto titu.

c Per mortem.Adde,vt per Pet.de Anch.conſil.116.

d Ex mente concedentis. Adde.Imo. in ſimili,in c.cum eccleſiaſticæ. j.de exce.q̃ reſcriptum recipit vires ex mente concedentis , text.in c.ſuper eo.j.de off.deleg.& in c. cum dilecti.j. eo. Adde And.Sicu.conſi.526.4. lib.in conſi.Alex.

e Simplicitati,Limita,niſi ſimplex eſſet ſibi contrarius:quia tunc nõ parcitur ſimplicitati:quia non poteſt eſſe ſimplicitas,vbi eſt cõtrarietas,vt not.Io.And.in c.cum Ioannes.j.de fide inſtr. Refert Salic. in l.ſcripturæ,in ver. quæro ab extra,C.de fide inſtru.vide no.in l.ſi quis.§.do li,ff.de iuriſd.om.iudi.

f Ea ſunt exprimenda.Adde Lap.allega.89.duo Prælati,in 4.col.Thomã Faſtoli dubio Rot.64.eo.die.&c. q̃dã Archi. Rot.hoc tit.63.in antiqs.Inn.j.e c.in noſtra,in fi.& in c.cũ in noſtris,de cõceſ.pbedæ. & Ro.hoc ti.in antiquis.69. & de pben. 13. in antiquioribus.Bal. ſ. eo.cap.cum ordinem. 10.col.ibi,ve ſcias.Rumanum. ſing. 38. verum nobilis,in fine.Fede.de rerum permut. 3.col.q.4.& Petr.de Peru. in tractatu eius materiæ. 17.col.verſic.quarto tertiò.Rot.hoc titul. 38. in nouis.Bald.in l.2.in fine,C.quæ ſit long.conſue. Aegi.c.conclu. Rotæ 333.in cauſa dñi Card.But.conſi.2.viſis literis. qđ eſt et 49.ad finem.Roma.conſi.80.confirmando profectò.iſtum de ſenten.excom nũ.cum pro cauſa,in 2.col.& in c.inter dilectos, in 5. col. ibi not. bonã,de fide inſtru.& in c.2.de treug.& pace.Bar.in l.eſt.ad leg.Iuliam maieſta.Imo.contra Butrig.in c.de teſtibus, in 2.col. de teſtibus.Paulum de Caſt.conſ. 354.Rotã hoc tit.44.in antiquis, & 75. in antiquis, & quarta in antiquis, & nona in nouis.Aegi.conclu. 338.in cauſa mea:& 394.cum in commiſſione. Card.conſ.94.nobiles viri, Tho.Faſtoli dubio 44.eod.die,& c.quidam Arch.Rotam hoc ti.13. in antiquis,quod de pendentia litis debet fieri mentio in reſcripto ad lites.& plenè per Moder.hic in 13.col. in verſ. ſexta regula, poſt gloſſ.hic,& per gloſſ, & iſtum in 3.colum. & in cap. prudentia, §. ſexta,in ver.cauſam,de offic.io delegati. Aegi.in conclu. 354.ſiſacta. Thom. Faſtoli dubio Rotæ.27.Domi.in proœ.6.vltima col. pcter gloſſ.ibi in ver.filijs , & in proœ. huius libri in verbo , indicia, pcter gloſſ. ibi,iuinn de appellation.capitu.ad noſtram,ad finem.& Philippum in c.conſul.lo.s.in eod.titu.poſt illum,& Philippum in 3.c.in eod.titu.Roma.conſil.334.in propoſita. Belenzin.in ca. cum cauſa,in fin.de appellatio.in apoſtil.Innocen.in c.ſtorei,in fi. de dila.Roma.conſil.43.dubitatur primò,in penul.colum. Oldra. conſil.277.alias.33.quod articuli. 3.col.facit l.a.in fin.ff. ſi quis in ius voc.& ibi Bat.in.ſta.l.i.& ſ.de ferijs.Ro.conſi.in 208. hæc impetratio,ad finem. Adde tu Alex conſi. 114.1.lib.Pet.de Anch.conſi.286.

g SEB. SAPIA. Reſcripto Vide Felin.in d.c.ad audienti.§.2.colũ. 5 5.j.eodem:& limita,ut non procedat, quando fieret mentio incidenter de illo beneficio,ut in ſalutationib. Ita decla.Gemi.in c.nõ poteſt.j. de præbend.lib.6.

Nã,vt dixi,Princeps taxauit gr̃am ad illũ caſum expſſum:iõ nõ debet fieri extẽſio ad aliũ caſum ; & p hoc apitur via ad multas ſimiles q̃ones. Quo ad tertiã regulã do. Ant. diſtinguit:vt.j̃.q̃ ſi pt reduci gratia ad terminos iuris cõis, nõ vitiabitur:ex quo ignorãtia pbabilis interceſſit;& alle.c.gr̃a, & fortè allegat ad caſum mẽte ɔceptũ.Nã ibi innuitur ɔ̃trario,q̃ ſi is cui abſenti & ignoranti beneficiũ fuerit collatũ p Epm,impetrauit beneficiũ à Papa,nõ facta mentione de collatione ſibi facta p Epm;q̃ pt vtrũq; beneficiũ retinere, ſi ſunt ɔpatibilia; Quaſi velit do.Ant. q̃ ſi impetrãs expſſiſſet,non habuiſſet ſm beneficiũ.Sed ego nõ video,q̃ aliquo mõ trahatur iſte caſus ad diſpoſitionẽ iuris cõis, cùm gr̃a cõſequatur effectũ ſuũ in totũ;& de iure cõi beneficiatus nõ debet reputari idoneus ad aliud beneficiũ , vt in c.is cui,de pb.lib.6.Ideò dicerẽ,q̃ hec tertia ɔregula potius vendicat ſibi locũ in literis gratioſis.Pro hoc l.& ſi legibus , ſm cõem intellectũ,C.ſi ɔ̃ ius,vel vti.publ.& vr̃ bon.tex. in c.ex parte 1.de off.deleg.facit.c.conſtitutus.ſ.eo.Itẽ gratia aſſumit vi d res ex mente concedentis, d vt in c.cũ adeò.ſ.eo.Sed concedẽs nõ fuiſſet ɔceſſurus expreſſa veritate;ergo gratia nulla . & hoc idẽ ſentit Io.And.in c.ad audientiã.j.eo.ti.&do.de Rot.vbi.ſ̃.Itẽ ceſſante cauſa gratię,gratia ceſſat,vt in l.gſtaliter,C.de epiſ.& cle.canonizata.16.q.1.Ergo fortius debet ceſſare gratia,ſi cauſa expreſſa fuit falſa, licet p ignorantiã. Et p hoc habes declaratã mãm intrinſecã huius ca.In gl.in ver.*ſimplicitatem*. in fi.Et dic,q̃ lex loquitur in ignorãtia iuris naturalis,vel quaſi;q̃ tanq̃ improbabilis non excuſat,ad hoc.l.q.4.in c.turbatur.§.notandũ,& qđ ibi not.& 38.diſt. c.qui ea.Ad.l.1.de falſ.mone.dic,q̃ ẽt loquitur de ignorantia nõ pbabili:vt ſi falſ.mone. cuditur in domo alicuius, & dñs dicit ſe ignorare.Et no.gl.iuncto tex.q̃ reg̃r parcitur e ſimplicitati. e & q̃ aliter ɔceditur ɔ̃ doloſum,&aliter ɔ̃ idẽ facientẽ ex ignorantia,vel ſimplicitate. † In gl.in verſi.prio 7 ri modo.No.ſingulariter iſtã glo. & non tradas obliuioni . vult.n.apertè,q̃ exprimens falſum,vel tacens verũ in impetratione reſcripti,nõ pſumitur prima fronte hoc facere ex dolo,ſed potius ex ſimplicitate,vel ignorantia. Idem ſentit Imo.hic.Dicit tñ,q̃ dolus probabitur ex ɔiecturis. Hoſt.dicit,q̃ ſi probat̃ ſcientia impetratoris , pſumitur dolus, arg. l.verius.ff.de pba.Quod tñ dicit procedere, niſi ſint lr̃æ iuſtitiæ:q̃a in illis de facili non pſumit dolus,cũ faciliter obtineant.Itẽ dicit poſſe diſtingui inter hominẽ ſimplicẽ & diligentẽ. Sed tu conclude,ex varijs circunſtantiis iudex pſumet dolũ,vel ſimplicitatẽ:& informando animũm ſuũ conſyderabit,an dixerit falſum in facto ſuo,vt in facto alieno: & an factũ ſit de ɔpinquo,an de lõginquo,vt in c.cũ illorũ, de ſententia excõicatio.& quod not.in c.ab excõicato.j.eo. Itẽ an literæ ſint põderoſæ,vel faciles,vt in c.fi. de cri. falſi. Itẽ an falſitas fuerit inductio cõceſſionis gratiæ, & ſimilia. De quo vide qđ not.do.de Rot.deci.ſ̃.alle.& Inn.j̃.eo.dile ctus.Dolus.n.non põt pbari,niſi ex cõiecturis, cũ conſiſtat in animo,vt in c.2.de renun.li.6.& in l.d olũ,C.de dolo. In gl.in ver.expreſſa.ibi: *vel tacitis decanum*. hoc exẽplum non congruit literę,nec ẽt exẽplũ ſequentis gl.q̃a Papa dediſſet reſcriptũ ẽt in forma cõceſſa,licet iſta fuiſſent expſſa;& dic, vt not.j̃.in gl.in ver.literas.vbi q̃rit gl.q̃ ſint exprimẽda.&c. In gl.in ver.literas.ibi:q̃ mouere poſſunt animũ Pricipis ad dãdũ.tenc hic prin.cũ fi.gl.Ex quo potes hãc regulã elicere. Quòd ea ſunt exprimẽda f in reſcripto , q̃ poſſent mouere f animũ Principis ad ɔcedẽdũ,vel ad nõ ɔcedẽdũ,vel ad difficilius ɔcedendũ;& hoc vltimũ pbat.j̃.e.c.poſtulaſti. pp.n.daret beneficiũ hñti aliud tenue;ſed nõ ita d facili,ſicut daret 8 nullũ hñti.† Ideò taciturnitas tenuis bñficii inducit ſubreptionẽ vt in c.ſi motu pprio,pall.Et q̃q̃ gl. ponat multa g exẽpla,non intelligas,q̃ in quolibet reſcripto, g ſint exprimẽda omnia,q̃ ponunt hic in gl. Sed intelligas gl. in caſib. in q̃bus loquunt iura,quæ allegat;& dic, vt in eis not. Et vide,qđ dixi in c.cũm ordinẽ.ſ̃.eo.vbi poſui, an de exceptione compe-

ne cōpetente aduerſario ſit facienda mētio in reſcripto,& uide per Io. And.in c. 1.de lit.cō teſt.li.6.& plenè per Spe.in ti. de excep. in §.dicto.In gl.in uerſ. *Niſi forſan ibi: quia ſi notoria eſſet exceptio.* No.ſingu.hanc gl.ex qua multa potes notare.Et primò,ꝙ exceptio notoria poteſt opponi ad proceſſum;& ſic ante lit. conteſt. licet ſit peremptoria: & ſic intellecta,eſt ualde no.dictum in ſe tamen eſt uerum: & not. tenet Spe.in tit.de excep.in §.dicto.uer. ſed pone.ſequitur Io.Andr.in c. 1.de lit. conteſt.li.6.Et uide de materia per Bart. in l.cum quærebatur,& in l. uir bonus,ff. ſu.ſolui.& per Archi.in c.ut circa,de cle. li.6.ubi ponit ſingulare dictum,ꝙ omnis peremptoria,etiam nō notoria poteſt opponi ante lit.conteſt.dummodò excipiēs offerat ſe incontinenti A probaturum, a arg.in l.3.§.ibidem,ff.ad exibendū. Iſtud tñ dictum à multis mordetur:facit pro,&

9 contra.c.literas,de reſtit.ſpol.† Secundò no.ex hac gl.ꝙ ſi non conſtat citantē habere iuriſdictionem in citatū,imò notoriè conſtat contrarium; non tenetur citatus comparere. b Et habes aliam gl.in c. ueniens,de accu.& tertiam in c.ſi Epiſcopus.3.q.2.& dixi poſt Cald. in c.cùm ordinem.ſ.e. Vide tamē ad hoc,maximè in delegato,quod no. Inno.in c.2.di dila.& in c.cū in iure,de off.deleg.& per Io.An.

10 in regula,ſcienti.li.6. in Mercú. † Tertiò nota,ꝙ ubi notorium eſt reſcriptum eſſe ſubreptitium,uel impetrantem eſſe excōicatum, uel iudicem ordinarium nō habere aliàs iuriſdictionem in citatum;nō poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio:quia ex quo iudex eſt certus de defectu iuriſdictionis,nō poteſt procedere in cauſa. Ad hoc c.ſi duobus.ſ.de ap.Et hic competenter poteſt annecti illa materia quotidiana,& utilis,an & quando iudex, ſi reuocatur in dubium de iuriſdictione ſua,poſsit de hoc cognoſcere: c de qua materia per doct.hic.& per Io. And. in dicta regula, ſciēti.& per Inn.hic.& in c.uenerabili,de cenſi.& in c.ex parte,el.i.de uerb. ſig. per Bar. & alios Legiſtas in l. præſcriptione, C.ſi contra ius uel utili.publi. per eundē in l.2.ff.ſi quis ius uoc.& in l. quidam cōſulebant,ff.de re iudi.aliquid in l. ex ſententia.ff.de teſta.tute.Et cauſa breuitatis reduco totam materiam ad certos caſus. Et primò ponam caſus,in quibus communiter tenetur,ꝙ iudex non poſsit cognoſcere.Secundò caſus. in quibus pōt. Tertiò caſus in quibus dubitaē. Venio ad primum,ſi exceptio oppoſita contra iudicē, ſuggillat .i. notat ipſum iudicē infamia, ſeu defectu,uel alio crimine; non poteſt ipſe cognoſcere: quia eſt ſuſpectus:ut puta,ſi opponitur,ꝙ eſt excōicatus, d uel ſeruus, uel infamis, uel quid ſimile. hoc tenet Bar.in d.l.quidam conſulebant. Ioā. And.ſentit in c.pia,de except. li.6.ſequitē do.Ant.& cōiter doc. licet Inn. dubitādo aliud ſenſerit in c. cum in iure, & in c.cū ſuper,de off.dele.Secundus caſus,quando exceptio iuriſdictionis pariter concludit in illo incidenti, ſicut in illo principali. Exēplum. ſi oppono ꝙ iudex eſt minor, uel furioſus, uel mulier, uel alium naturæ defectum patiatur. Nam iſtæ exceptiones ſic excludunt eum à principali: ita,ꝙ nō poſsit cognoſcere, an ſit iudex.Et iſta eſt ratio,quare iudex,qui allegaretur ſuſpectus, nō poteſt cognoſcere ſuper ſuſpitione:ſed eliguntur arbitri, ut in c.ſuſpicionis,de off.dele. Nam ſicut eſt ſuſpectꝰ in principali,ita & in incidēti. Et hoc uoluit Inn.in c.prudentiam,de off. deleg.& ſentit Barto.in d.l.quidam.Tertius caſus cùm opponitur de totali fundamento iuriſdictionis & proprietate ipſius: ut quia opponitur, ꝙ quis non eſt poteſtas, uel Epus.Non.n. eſt idoneus in hac cognitione:quia habet affectionem ad cauſam, ꝙ nimo cauſa eſt ꝓpria.hoc uoluit no.Bar. in d. l. ex ſententia,& Inn.in c.cæterū,de iudi.Quartus caſus cum agitur nō ſolùm de nudo exercitio iuriſdictionis,ſed de ꝓprietate ſubiectionis:ut quia citatus dixit ſe eſſe exēptum, & iudex negat. e Multa.n. ſunt commoda ſubiectionis; ideò iudex ē ſuſpectus in hac cognitione. Hoc uoluit Inn.in c.uenerabili,de cenſi.& uide quod ibi dixi. Per quod notabiliter limitatur. c.cū perſonæ,de priui.li.6.& gl.ibi poſita quæ aliud ſentit.& uide quod dixi in d.c. uenerabili.facit quod no.gl.in c.ad audiētiam,de appel.Quintus caſus;quando notorium eſt eum non eſſe iudicem, uel ſaltem ipſe ſcit. Nam tunc non poteſt procedere in cauſa:de quo in c.ſi duobus,de appellatio.& dic,ut ibi.Secus ſi iudex ignoraret,& partes ſcirent; ut ibi eſt bon.tex. Sextus caſus,quādo iudex f ſe ingerit: ita ꝙ contendit pro iuriſdictione, ac ſi eſſet pars.Nam ex hoc redditur ſuſpectus, ar.l. quæ omnia.§.1.ff.de proc. & eſt gl.ſin.in c.ſtatutum,in prin. in uer. copia.ſ.e.li.6. Et tenebis ſemper menti hunc caſum, ꝑ quem infertur ad quæſtionem quotidianam.Nūquid iudex procedens ex officio poſsit cognoſcere,an ſua ſit iuriſdi.ſi dubitatur?Et uidetur,ꝙ non:quia tenet locū partis, & contendendò pro iuriſdictione reddit ſe ſuſpectum; & in hanc opi. uideē inclinare do.Ant.licet non firmet. Sed ego crederem oppoſitum, per l.2.ff.ſi quis in ius uoc. quæ loquitur indiſtinctè, & ꝑ tex.iūcta gl.in d.c.cum perſonæ. Nec hoc caſu poteſt dici,ꝙ iudex ſe ingerat,cū teneatur ex officio ſuo procedere, ut in ca. qualiter & quando.2.de accu.ergo ceſſat ratio ſuſpicionis:quia non ſe ingerit uoluntariè: ſecus quando quæſtio eſt inter partes,& ipſe aſſumit defenſionem partis ſtantis pro iuriſdictione: Caſus uerò, in quo poteſt cognoſcere eſt,cum dubitatur probabiliter de cōpetentia iuriſdictionis, & exceptio non ſugillat perſonam ſuam. Si ſumus extra omnes caſus prædictos, & tunc cognoſcit,an ſua ſit iuriſdictio:quia iudicare principaliter eſt onꝰ, ut in l.munerum,in §.iudicādi neceſſitas,ff.de mu. & honoribus,in c.paſtoralis,de off. dele. licet in conſequentiam ſit honor,ut in c.ut debitus honor,de appel.Vide gl.in c.ſi cō-

a Probaturum.Adde Old.conſ.106. Pau.de Caſt.cōſ. 143.Ro. cōſ.416. Alex.cōſ.98. 4.li. ZACHARIAS. Adde eūdē Alex. in l.ſi. poſt Ange. & Bart. C.de dil. Bal.in auth. ei,q. C.de tēp.ap. Adde i terminis ꝑ Laſ. de Ori.inc.qm cōtra. uer. dilationes,& qđ ibi not. iu 9. addi. ad eū, de proba.

b Cōparere. Adde, ut per Cald. conſ. 12.de iudicijs.

[b] Tertiò.Vide Bal. in l. poſt aditam, C. de imp. & aliis ſub. ubi dicit, ꝗ ſi electio de indigno non eſt perfecta, poteſt iterũ fieri, ita, ꝗ non ſunt priuati electores iure eligendi. Quod declarari debet, ut per Phi.Peru.in c. conſtitutus in præſentia.j̄. de appell. ut non poſsit iterũ eligere,qñ interuenit contemptus.

qñq; ñ ſũt priuati,ſed priuãdi: qñq; ñ ſunt priuati, neq; priuãdi:ſed electio eorũ nõ habuit effectũ,fortè,qa electus noluit cõſentire,vel renũtiauit poſt cõſenſũ,ſeu mortu⁹ eſt, vr̃ qđ ſil'e.qñq; & quartò aliq ſunt priuati,aliq nõ.

12 † Primo caſu qñ oẽs ſunt priuati,ptãs eligendi deuoluit̃ ad ſuperiorẽ. Et quis dicat̃ hoc caſu ſuperior, dic vt dixi.ſ.c. bonæ, & ut hr̃ in c.q̃q̃.j̄. eo.lib.6. & ſi iſte ſuperior proceſſit ad electionẽ,purgatũ eſt uitiũ iſtorũ,qui deliquerunt. Vnde ſi ex aliquo accidenti iſta electio facta per ſuperiorẽ nõ ꝑt habere effectũ;ptãs deuoluitur ad primos electores. Quod ꝓcedit ſiue ad ſuperiorẽ facta fuerit deuolutio rõne delicti, ſiue negligentię,qđ vr̃ ꝓbari hic,& ſequit̃ gl.in d.c.ſi electio.j̄.eo.li.6.

13 † Secundo caſu qñ nõ ſunt priuati electores,ſed priuandi,utrũ ualeat electio facta ab eiſdem electoribus ante, quã priuent̃:dic ut leg.& no.in c.quia ꝑ.ꝑ.j̄.eo.ubi iſte caſus examinat̃.Nã qñ canonici elegerũt cõtra formã,ñ ſunt priuati ptãte eligẽdi,ſed priuãdi: & electio ꝯ formã attẽtata ẽ nulla,vt in d.c.qa ꝑ.ꝑ. Tertiò[b] qñ nõ ſunt priuati nec priuãdi: ſed electio eorũ non habuit effectũ ; puta qa electus noluit cõſentire:vel qa renuntiauit poſt conſenſum , vel fortè fuit electio caſſata,qa ignoranter elegerãt indignũ ; Et tũc ptãs reſidet penes eoſdẽ electores;ita,ꝗ habent aliud tẽpus integrũ ad iterũ eligẽdũ,vt eſt hodie tex.in d.c.ſi electio. Quarto caſu,qñ aliqui ſunt priuati , aliqui nõ:iſta eſt mã̈ noſtra. In qua dicẽdũ ꝗ aut illi, qui nõ ſunt priuati, elegerũt ex interuallo poſt electionẽ illorũ,q ſunt priuati: & tũc ſm oẽs ꝑ iſtã electionẽ,ſiue habeat effectũ,ſiue nõ; eſt purgatum uitiũ eorũ delinquentiũ: quia iſta fuit ſecũda electio. Vñ ſi iterũ habẽt eligere, debent oẽs vocari: cũ iſta ſit tertia electio & hoc clarè probat̃ in lr̃a. Sed tu limita iſtud dictũ:niſi iſti, q erãt priuati,elegiſſent ſcienter indignũ. Nã tũc ptãs non redit ad priores, ſed deuoluit̃ ad ſupiorẽ: qa cũ iſti repſentarẽt totũ capl'm, ut ſ.dixi:ſuccedũt iura,q̃ dicũt, ꝗ ptãs deuoluit̃ ad ſuperiorẽ, ſi oẽs de capl'o eligũt ſciẽter indignũ. Et hãc opi.firmat gl.ſi.& ſecuti ſunt ibi cõiter doc.in c. bonæ.ſ.e. Aut iſti, q nõ erãt priuati,eligũt eo. cõtextu cũ his, qui elegerũt ſciẽter indignũ ; et hoc caſu inſurgũt uarietates,in qua electiõe dẽat hẽre locũ pœna delinquẽtiũ. Cõp. hic ſentit,& tenet,ꝗ ſi iſta electio nõ ꝑt habere locũ , ñ dẽt habere effectum:qa poterũt iſti nõ priuati eligere,de nono priuatis nõ admiſſis,& ſic ſenſit cũ opi. Tã. Quaſi nõ cẽſeat̃ ſcđa electio illa,q̃ cõcurrit eo.cõtextu cũ elec. delinquentiũ. Nec gl.in effectu uariat ab iſto intellectu:ſed ſolũ negat, ꝗ iſtæ duæ electiões factæ de Decano & Præcẽtore fuerũt factæ e.cõtextu.Refert tñ Cõp.alios tenuiſſe oppoſitũ, ut iſta electio facta a nõ priuatis cẽſeat̃ ſcđa.Et ſic ſiue ſit facta eo. cõtextu,ſiue nõ,& ſic in alia elec.q̃ occurrit fiẽda,dẽrẽt priuati admitti:qa fuit illorũ uitiũ purgatũ ꝑ electionẽ factã a nõ priuatis,q̃ impugnare nõ poterãt, licet ex aliquo itrinſeco accidẽti ñ habuerit effectũ. Et iſte itellect⁹ plus placet Hoſ.& Io.An. & vr̃ cũ eo trãſire d.Ant. & facit ſm Io.An. iſte tex.in eo, qđ dicit ꝗ iſti ꝑcentores ſolũ priuant̃ in ſcđa electione.Io.Cal.impugnat hũc intell'm.Nã ſequeret̃,ꝗ delictũ priuatorũ ñ eſſet punitũ. Nã ſi alia electio fcã eodẽ cõtextu,ñ hẽt effectũ in nullo punirent̃ illi,q elegerũt ſciẽter indignũ,ex quo ſunt admittẽdi ĩ alia electiõe.Nã idẽ cõtingeret ſi ignorãter elegiſſẽt indignũ.Et eſt bona ꝯſideratio, & mihi placebat añ,q̃ eã uidiſſe; ñ tñ poſui aliquẽ itell'm. Sed ego ꝓ cõcordia dicerẽ ſic,ꝗ aut electio facta eodẽ contextu a ñ priuatis recipiebat validitatẽ ex đlicto priuatorũ: puta qa iſti ñ priuati cõſtituebãt minorẽ partẽ capl'i.ita ꝗ ex delicto illorũ dũtaxat fuit valida:& tũc licet ñ habuerit effectũ; puta qa electus cõſentire noluit,uel renũtiauit, uel qd ſimile: ñ ꝑt negari, qn uitiũ illorũ đlinquẽtiũ ſit purgatũ ꝑ iſtã electionẽ.Nã pęna habuit locũ ſuũ:qa tũc ptãs reſidet penes alios ñ priuatos,et recipit iſta electio ualiditatẽ ſuã ex delicto illorũ:ergo ñ dẽnt excludi ab illa electiõe , ſi ꝑꝑ aliqđ accidẽs illa electio ñ potuit hr̃ effectũ,ar.opt. hic

Aut ele-

Aut electio iſtorũ ñ priuatorũ erat ualida abſq; delicto illo
rũ,q elegerũt ſciẽter indignũ;puta, qa fuerat facta a maiori
parte capĺi;& tũc ꝓcedit opi.Cõp.& ſequaciũ,ut iſti,q elege
a rũt ſciẽter ĩdignũ, priuent ptãte eligẽdi in prima electiõe, [a]
q̇ occurret in eadẽ ecclia ſiẽda;ſiue iſta electio facta a nõ pri
uatis habuerit effectũ,ſiue nõ:qa ſi diceremus ꝯriũ, illi delin
quẽtes ñ priuarent ptãte eligẽdi;& ſic effugerent pęnã iuris.
Nõ.n.pt dici,q ꝑp iſtã electionẽ factã eodẽ ꝯtextu ſit purga
tũ eorũ uitiũ,cũ iſta electio ualuiſſet,ẽt ſi elegiſſent indignũ
ignorãter. Nec fuerũt aliq̃ excluſi a capĺo,cũ iſtæ duæ ele-
ctiones fuerũt factæ eodẽ tpe.Et hæc uĩ ipſa ueritas. Vnũ tñ
tene.q ubicũq; ſcd̃a electio facta a nõ priuatis, nõ habuit in
tegritatẽ ſuã:qa ſolũ electores ꝑuenerũt ad tractatũ electio
nis,& infecto negotio receſſerũt a capĺo;nõ ꝑ hoc dicet pur
gatũ delictũ priuatorũ,ut admittant in ſeq.tract.qa iura pri
uãt iſtos ꝓſumptores prima uice ptãte eligẽdi,ut hic & in c.
cũ in cũctis.ſ.e.Verba ãt dẽnt intelligi cũ effectu,ut in c.re-
latũ,de cle.nõ reſi.& in l.1.§.fi.ff.qđ q̇ſq; iur.purgat ergo ui
tiũ,cũ ꝑ alios,ad quos eſt deuoluta pt.is,fuit ꝑuentũ ad ipſã
electionẽ cũ integritate ſua; licet ex aliquo accidenti nõ ha
buerit effectũ;licet Tan.hic aliud ſenſerit,ſed primũ ueriꝰ.&
tenet.d.Ant.& ꝑ hoc hr clarẽ intellectus huius capĺi. Sed ꝯ
tex.& poſitionẽ caſus,q̃ gl.2.facit op.ſic.Eligentes Præcẽto
rẽ elegerũt eũ ꝑ impreſſionẽ,ut dr in 1.gl.ergo ẽt ipſi erãt
priuati,ſeu priuãdi ptãte eligẽdi,ut in c.q̇ſquis.j.e. Sol.di-
cit Io.An.q illud.c.q̇ſquis,nõ emanauerat tpe huius capĺi.
Vel pt dici ſm eũ,q illud ꝓcedit, qñ electores ſpõte conſen
tiũt impreſſioni & abuſui laicorũ.Quod aũt hic dr, ꝓcedit,
qñ ꝑ metũ ꝑuenerunt ad illã electionẽ.Vel tertiò illud c.lo
quit in impreſſione laicorũ: hic qa fortẽ interceſſit impreſ
14 ſio clericorũ;& q̃libet ſolõ pt tolerari.† Extra gl.q̄rit hic In
no.inter cætera,qd ſi priuati ueniũt ad eligendũ cũ non pri
uatis;nunqd poſſint ab iſtis nõ priuatis uiolẽter expelli? &
cõcludit,q nõ. ſed ſi nõ pñt eos aliter excludere, debent il-
b los admittere cũ ꝓteſtatione;[b] & ꝓteſtatio ꝓſeruabit i us il
lorũ.Nõ ob.ſi dicat,q ante,q̃ declarent priuati,debent eorũ
geſta ualere,ex quo tolerant.8.q.4.c.nõne,& in l. Barbariꝰ,
ff.de off.pt. qa illa ꝓcedunt ſm Inn.in his,q̃ cõpetunt rõne
publici officii:ſed electio ſpectat ad canonicos, nõ rõne pu-
blici officii,ſed iure priuati;qđ no.quaſi uelit,q canonici in
eligẽdo nõ exercẽt offm publicũ;& ideò q̄tuncunq; canoni
ci tolerent:ſi tñ in ueritate pt ꝓbari,q ipſi erãt priuati ptã-
te eligẽdi,puta qa erant excõicati,ſuſpẽſi,uel alr,priuati;eo
rũ electio declarabit nulla ex defectu ptãtis. Nec ꝓderit di
cere,q tolerabant in illa ptãte:qa tolerãtia ſolũm operatur
rõne publici officii.Et de hoc no.in c.cũ dilectus,de conſue.
c & j.e.c.nihil eſt,& c.illa. Sed quo [c] ad ꝓcedẽs dictũ, nũquid
pñt uiolẽter excludi ꝑ nõ priuatos? puto aliter & melius di
ſtinguendũ:q aut notoriẽ cõſtat,q illi ſint priuati;& tũc po
terũt uiolẽter illos excludere:qa moleſtãt iſtos, q repræſen
tãt totũ cap.in iſta quaſi poſſeſſione eligẽdi. Vñ nõ dñr iſti
uiolentiã inferre,ſed potius ſe defendere in quaſi poſſeſſio-
ne eorũ.Nã uim ui repellere licet,in c.olim,el.1.de reſt.ſpo.
c.ſi uerò,de ſen.exc.c.ſignificaſti,de homi.cũ ſi.Et hanc opi.
apertẽ in ſimilib.terminis tenuit Bart.in l.1.§.hoc interdi-
ctũ,ff.de iti.actuq; priua.ubi dicit [a] q ſi forinſecus nõ de uni
uerſitate,uult intereſſe uniuerſitati,pt uiolẽter expelli de u-
niuerſitate: qa turbat ipſam uniuerſitatẽ in quaſi poſſeſſio-
ne ſua.Pro hoc optimẽ facit tex.in d.§.hoc interdictũ;& ui
de ad mam quod dixi in c.1.de immu.ecc.Vbi poſt doc.ꝑ le
nẽ examinaui,an liceat Epo, q ñ recipit ab eccleſia ſubiecta
ad ꝓcurationẽ debitã,frangere oſtia domus eccleſiæ,& uio
lẽter intrare.& qd de canonicis, qui nõ admittunt ad eccle
ſiã,uel ad capĺm iniuſtẽ?& idẽ in ſimilib.terminis; & dic,ut
ibi dixi.Si ãt nõ eſſet notoriũ,q iſti eſſent priuati;tunc ſer-
ua dictũ Inn. ꝑ quo adduco bo.tex.in c.cũ ſm leges,de hęr.
li.6.ubi hr,q licet aliqui ſint priuati ipſo facto bonis ſuis;pu
ta,qa hæretici,uel inuoluti crimine lęſę maieſt.nõ debẽt eo

eorũ bona occupari añ,q̄ ꝓcedat ſñia de-
claratoria,q ipſi inciderũt in pęnã iuris;
ita in propoſito. Sed habebũt hoc caſu ñ
priuati duplicẽ uiã.Primò practicã Inn.
ut ꝓcedat ꝓteſtatio.j.e.c.Cumana.Scd̃ò
q ꝑ ſuperiorẽ faciant declarari illos eſſe
priuatos,ut in d.c ſm leges, de hære.li.6.
Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Eligens ſcienter indignum ſuſpenditur a benefi ciis per triennium.*

2 *Mala uita ꝓlati inducit malã ꝓſumptionẽ contra totam eccleſiam,quæ ipſum tolerauit.*

Abbate remoto propter eius malã adminiſtrationem,non ſuccedit conuentus eccleſia uacante:quia præſumitur contra ipſum.

3 *Monachus hodie non poteſt eſſe delegatus; niſi Papa ex certa ſcientia ſibi deleget.*

4 *Acta facientia mentionem, quòd teſtis iurauerit.faciunt plenam fidem.*

5 *Solicitans electores pro ſua electione facit ſe indignum ad illam dignitatem.*

Simoniacus dicitur etiam ille, qui emittit preces pro ſua promotione.

Clericus pauper impetrans beneficium, non dicitur ambitioſus.

6 *Teſtis in actu,qui poteſt uideri, & audiri,debet deponere,uidi & audiui.*

7 *Princeps ſcienter promouens indignum motu proprio, uidetur ipſum habilitare; ſecus ſi ignoranter: quia motus proprius Principis non confirmat gratiam contra intentionem Principis concedentis.*

8 *Suſpenſus a beneficiis propter malam electionem,intelligitur ab illis,quæ habet in eccleſia,contra quam deliquit.*

Suſpenſus ad beneficia habenda propter malã electionem,intelligitur q non poſſit habere in illa eccleſia,contra quam deliquit.

9 *Conſpirantes contra Prælatum an prohibeantur eſſe teſtes contra ſtatum eccleſiæ?*

10 *Teſtis dicens aliquid contra ſe, qua pœna uenit puniendus, uide.j.per diſcurſum.*

11 *Infamia facti non ſolum priuat quem à beneficiis obtinendis,ſed obtentis.*

Infamis debet purgari contra infamatum.

12 *Confeſſio facta in uno iudicio, facit fidem in alio iudicio.*

Acta facta ĩ uno iudicio,nõ faciũt fidẽ ĩ alio.

Confeſſio procuratoris in uno iudicio,non præiudicat domino in alio.

Confeſſio defuncti non nocet ſuo hæredi.ſi non habuit effectum contra defunctum; & confeſſio filij non præiudicat patri.

13 *Clericus ſi ſubiici torturæ uigore cõfeſſionis factæ corã iudice ſeculari,ut perſiſtat in ea.*

Confeſſus in uno iudicio,utrum poſſit interpretari confeſſionem ſuam in alio iudicio?

14 *Inquiſitio afficit mitiori pœna inquiſitum, quam accuſatio accuſatum.*

Confeſſio ſpontanea mitius punitur,q̃ conuicta.

C A P. X X V I.

1 *PEr inquiſitionẽ.* † Eligens
ſcienter indignũ ĩn Epm,eſt ob
hoc ſuſpenſus à beneficiis eccle

ZACHARIAS
a In prima electione.&c. Adde Cardin. Mandago. in ſuo tract. de elec. parte.1.c. 2.in gl. ñ.& Berth.de Fir. in tract. de Epiſc. parte. 1. li. 1.q.14.
b Cum proteſtatione. Adde quid ſi propter potentiã non audent proteſtari?& an talis ꝓteſtatio ſufficiat, cùm dubitatur,an aliqui ſint ſuſpenſi, ita quòd ſint ineligibiles? Oldr. conſi. 276.
ANT.FRANC
Et de iſta proteſtatione iuris conſeruatoria, quid operetur, & quos effectus producat, uide per Bar. in l. non ſolùm, in §. morte, ff. de ope. no. nunc. Et uide d.Ant. do. Abba. Imo.And. Sicu.& Feli. in c. cum M. ſ. de conſt.
SEB. SAPIA.
c Sed quo. Vide Bar.in l. 1.§.neceſſario,ff.ſi mu.uẽt. no.faciunt not.ꝑ Bart.& Alex.in l. 1 §. nuntiatio, ff. de oper. no. nun. ubi tangunt,quãdo liceat deſtruere ædificatum in ſolo ſuo propria authoritate.

a Totius eccleſiæ. Adde, ut per Old. conſi. 278. & an ex mala uita Prælati præſumatur contra totam eccleſiam, uide Anch. conſi. 157.
ANT. FRAN.
Et dicitur, ꝙ mala uita prælati inducit præſumptionem cõtra totam eccleſiam iuxta illud dictum Pſal. Cũ ſancto ſanctus eris &c. in Pſalmo 17. & uide quæ habentur in ca. cum ad monaſterium, de ſta. mona.

b Eſſe delegatus. Ad. ſc uidendũ. d. de Ro. deci. 209. in antiq. de reſcr. Cal. conſi. 2. & 6. de of. deleg.

c Teſtis iuratus. Adde uidendum Ol. conſi. 313. Adde, ꝙ notario actuario creditur ſine teſtibus, c. quoniã contra falſam, & ibi doct. poſt Inno. ↄ. de probatio. & per Bal. in tract. de tabel. in 5. q. quinimo dixit Spe. dictum ſolenne in ti. de teſta. §. 1. uerſi. ſed pone, & ibi Bal. in add. in uerſi. ſi iudex, ꝙ poſt publicatas atteſtationes magis creditur notario, q̃ teſti dicenti, non ita depoſui. Quod dictum eſt notandum & paucis notum: quia ita in propoſito reperio fuiſſe allegatũ per elegantem doc. & do. meum do. Pau. Saxum de Magnis de Peru. Aeneas de Fal: o.
ANT. FRAN.
Et de hoc quando teſtis contradicit notario, & inſtrõ, cui magis credatur, & quãdo ex hoc uacillet fides inſtrumẽti, & ſcripturæ notarii; uide Bar. in l. ſ. & in l. fi. ff. quemad. teſta. ape. & Bald. & Sal. in l. in exercendis, C. de fid. inſtr. Et data paritate numeri, magis creditur notariis, q̃ aliis teſtibus; ita Bal. in aut. ſed cũ teſtator, C. ad leg. Fal. & Ang. in aut.

ſiæ ꝑ trienniũ. Nec pt̃ interim ad dignita
tẽ illius eligi uel aſſumi. h. d. Primò po-
nit cõfeſsionẽ Præpoſiti, ex qua inſert. Se
cũdò ipſius indignã ꝓmotionẽ, ibi: *cum*
igitur. Tertiò mãdat ipſũ amoueri, ibi: *quo*
circa. Et pone caſũ huius c. ſic. Vacãte ep̃a
tu Tholoſano, q̃dã fuit elect⁹ multis cão-
nicis ꝯdicẽtib. tandẽ eius electio fuit caſ
ſata ſine uitio ꝑſonæ. Interim iſte elect⁹
dedit operã ſolicitãdo precib. aliquos ex
canonicis, ut ipſũ eligerẽt. & ẽt illis, q in
prima electione ſibi ꝯdixerũt, pſtitit iurm̃
fortè de ꝓmiando eos in caſu electionis:
q tenuit poſt electionẽ caſſatã domũ ep̃a
lẽ ꝑ quendã canonicũ uocatũ Meſcaron,
q erat ẽt cancellarius: & demũ iſtis pcedẽ
tib. fuit iſte denuò electus in Ep̃m ab om
nib. canonicis, inter quos erat iſte Maſca
ron cõſcius ſimoniæ & dilapidatiõis iſti⁹
electi. Procedẽte tp̃e ante, q̃ eſſet lapſum
triẽniũ à tp̃e electionis; Præpoſitus illius
eccleſiæ Tholoſanæ fuit ꝓmotus in Ep̃m
Cõuenarũ; & iſte Maſcarõ fuit in pp̃oſitũ
illius eccleſiæ ſubſtitutus. Demũ orta gra
ui infamia ꝯ illũ Ep̃m Tholoſanũ, q fuerat
electus iniuſtè mõ pdicto, Papa commiſit
inquiſitionẽ ꝯ illũ Ep̃m, & ſuper ſtatu ep̃a
tus Abbati Ciſtercien. & duob. monachis
mõtis Frigidi; q formata tela inqſitionis
tã ꝯ Ep̃m, q̃ ſuper ſtatu totius ep̃atus rece
perũt inter cæteros iſtũ Maſcarõ in teſtẽ,
q iuratus depoſuit, ꝙ ille Ep̃s Tholoſan⁹
fuerat electus pcedentib. ſuis pcib. & præ-
ſtito iurõ modis pdictis; & ꝙ ipſemet Ma
ſcaron tenuerat noĩe ipſius poſt primam
electionẽ caſſatã domũ ep̃alẽ expendẽdo
reditus & ꝓuentus de cõſenſu illius. Hac
depoſitione facta iſti cõmiſſarii retulerũt
negotiũ Papæ. q aduertẽs, ꝙ iſte Maſcarõ
ſcienter elegit indignũ, ut patebat ex ſua
depoſitione, & ꝑ ꝯñs erat ſuſpenſus a bñfi
cio illius eccleſiæ ꝑ trienniũ ꝑ c. cũ in cũ
ctis. ſ. e. indignũ erat qui deberet interim
ꝓmoueri ad aliquã dignitatẽ illius eccle
ſiæ. & ideò mãdauit, ut iſte Maſcarõ dẽret
remoueri ab offõ Præpoſituræ; & ꝙ alius
idoneus deberet aſſumi. Quid fuerit actũ
ꝯ illũ iniuſtè electũ, non hr̃ hic: ſed ſolũ
fuit poſita hic deciſio illius articuli, q fa-
2 ciebat ad titulũ. † No. 1. ibi: ſuper ſtatu ep̃a
tus & Ep̃i, ar. ꝙ raro, uel nunq̃ fit inquiſi-
tio ꝯ ꝑlatũ, quin ẽt fiat ſuper ſtatu totius
a eccleſiæ. ᵃ Nã ex mala uita ꝑlati inſurgit
pſumptio ꝯ totã eccleſiã, q̃ tolerauit eũ.
Pro hoc c. qualiter & qñ, el. 2. de accu. iun
cto prin. eũ fine, & c. cũ I. & A. de re iu. De
bent. n. canonici reſiſtere ꝑlato malè ad-
miniſtrãti; ad hoc tex. iũcta gl. no. i l. quo
niã, C. de ap. Hinc alibi innuit tex. ꝙ Ab-
bati remoto ꝑꝑ malã adminiſtrationem
nõ ſuccedit cõuẽtus eccleſia uacãte in ad
miniſtratione: ſed ꝑ ſuperiorẽ debet de-
putari idoneus adminiſtrator, ut in c. fi. i
uer. ſi ãt dilapidator. ↄ. de ſta. reg. Et pt̃ il-
lud attẽtari ẽt in eccleſiis cathedralib. re
moto ꝑlato, aut ꝑꝑ malã adminiſtratio-
3 nẽ tacente cap. & dic ut no. in d. c. fi. † No.
2. iuncta ſupraſcriptione, in qua ſcribitur

Abbati & duob. monachis, ꝙ monachus
b pt̃ eẽ delegatus ᵇ Papæ, licet nullã habeat
ꝑlaturã: qđ pro cedebat olim; hodiè ãt ſe
cus, ut in c. ſtatutũ. ↄ. de reſcri. li. 6. & i cle.
& ſi principalis, e. ti. niſi Papa cõmitteret
ex certa ſcia. Limita tñ ut dixi in c. cãm, đ
4 iu. † No. 3. ibi: *iuratus aſſerens*, ar. ꝙ ꝑ uerba
c deſcripta in actis: Talis teſtis iuratus ᶜ ſic
d dixit &c. ꝓbat iurm̃ teſtis; ᵈ licet ſcriptu-
ra uideat enuntiatiua. Sed dic, ꝙ nihilo- d
minus facit fidẽ de iurõ; ex quo actus po-
tuit interuenire tp̃e ſcripturæ; ad hoc qđ
no. Inn. in c. quoniã. ↄ. de ꝓb. & Bar. in l.
5 Theopõpus, ff. de do. ꝑle. † No. ꝙ ſolicitãs
electores ꝓ ſua electione reddit ſe indi-
gnũ ad illã dignitatẽ. Nã probat ambitio
ſus, & pt̃ dici ſimoniacus, q preces emittit
e ꝓ ſua promotione. ᵉ De quo 1. q. 1. in ca.
ſunt nõnulli, & ea. cã, q. 6. in c. ſicut is. Et e
gñaliter circa iſtas preces, & an & qñ ſint
f licitæ; ᶠ uide gl. no. & doc. in c. tuã, de ẽta. f
& qual. Et adde ad pdicta gl. no. in c. fi. de
cõceſ. pb. li. 6. q̃ dicit nõ eſſe a[illegible]oſum,
nec dãnoſum, ꝙ pauper clericus ſibi impe
tret bñficiũ, ar. in c. cũ ſm̃, de pb. ſed dic, ꝙ
nõ debet ita inſtare, ꝙ eligat ad dignita-
tẽ: quia illã ut̃ procurare ꝑꝑ ambitionẽ,
g & non ꝑꝑ paupertatẽ: ſi tñ deſyderaret, ᵍ
ut poſsit prodeſſe ꝓximis; fortè hoc non
eſſet dãnandũ; & ita pt̃ intelligi. c. q ep̃a- g
tũ deſyderat. 8. q. 1. & uide qđ ibi no. Ar-
6 chi. † No. ibi: *ſe uidiſſe. pariter & audiuiſſe*,
ꝙ ubi res ſuper qua teſtis deponit, eſt pce
ptibilis duplici ſenſu uiſus, uel auditus,
uel aliis ſenſib. debet teſtis deponere per
utrunq; ſenſum; Senſus tñ uiſus eſt gñalis
ad oẽm ſenſum pter uiſionẽ mentalẽ; de
quo uide bo. gl. & no. 3. q. 9. c. teſtes, & cõ-
cordat huic. c. 2. de cõiue. No. ꝙ iurm̃ præ
ſtitũ electorib. ante electionẽ pſumit illi
citũ, ut. ſ. iurans ex pacto eligat. No. ꝙ in-
truſus in aliqua dignitate non pt̃ ad illã
eligi; & eligentes puniunt tanq̃ eligentes
ſcienter indignũ. Hic. n. ad concludendã h
indignitatẽ electi ponderat, ꝙ ipſe ante
electionẽ ualidã tenuit domũ ep̃alem ꝑ
ipſũ Maſcaron, q expẽdebat de uolũtate
ipſius electi. Talis. n. intruſus, cõmittit fur
h tũ ʰ ſm̃ Inn. quia ꝯtrectat rem alienã inuito
dño; de quo uide bo. tex. iuncta gl. in c. du
dũ. ↄ. e. An ãt ualeat ꝓuiſio facta de itruſo
nulla mẽtiõe habita de itruſione: pfecto
ſi eẽt facta ad inſtãtiã itruſi, ñ ualet tanq̃
ſurreptitia: qa ſi pp̃ ſciuiſſet, ueriſilr̃ ſibi đ
illo bñficio ñ ꝓuidiſſet. uñ fuit tacitũ id,
quo expſſo pp̃ ſaltẽ nõ ita de facili grãm
ꝯceſsiſſet; & iſtud hẽt ſurreptionẽ iducet,
ut i c. poſtulaſti, đ reſc. † Sed ſi Prĩceps mo
7 tu ꝓprio ꝓuidiſſet; tũc puto ualere, qa ut̃
Prĩceps ꝓmouẽdo ſciẽter idignũ illũ ha-
bilitaſſe. Ad hoc qđ le. & no. i l. qdã cõſu
lebat, ff. đ re iu. & i l. idẽ Vlpian⁹. §. 1. ff. đ
exc. tu. ꝑ Bal. i rep. l. Barbari⁹, ff. de of. pt.
ſa. qđ no. Inn. i c. diuerſis fallaciis, de cle.
ꝯiu. & i c. ueniẽs, de fil. pſb. Si ãt ignoran-
ter, tũc poſſet attẽtari ꝓuiſiõẽ eẽ nullã ex
defectu itẽtionis Principis: qa nõ ẽ uerſi
mile, ꝙ Prĩceps ſciẽter intruſo ꝓuidiſſet.
Motus

de teſtibus, in ult. co. Et adde, ꝙ multum creditur inſtrumẽto notarii, ſi alias eſſet fidelis in ſuo officio. uide Inn. in cap. illud, de præſump. & Bal. in l. cũ res, in fi. C. de proba.
SEB. SAPIA.

d Iuramentum teſtis. Vide not. per Bar. & alios in authen. ſi quis in aliquo, circa finem, C. de eden. Feli. in c. ſicut, col. 15. ↄ. de re iu. per Mod. in l. ſciendum, ff. de uer. ob.

e Promotione. Adde Ro. conſi. 317.
ZACHARIAS.

f An & quãdo ſint licitæ. Adde Inn. in c. tuam, in prin. ↄ. de æta. & quali. Archi. in cap. ſunt nonnulli. 1. qõ. 1. Bar. & doct. in l. ſ. ff. ad leg. Iuliã, de ambitu.
SEB. SAPIA.

g Si deſideraret. Vide Bal. in d. l. ſi quenquam, C. de epi. & cler. & uide Fir. in tract. de Epiſcopo, in prima parte li. 3. q. 69. uide Bar. in l. uniuerſi, C. de leg. li: 10. ubi no. illum tex. cõtra prælatos noſtri temporis, qui nimia opa & ambitione procurãt Cardinalatũ: ſed Deus bene prouidet.

h Committit furtum. Adde Oldr. conſi. 65.

Motꝰ aũt ꝓpriꝰ ñ ꝯfirmat grãm ꝯ in tẽtionẽ Principis cõce a
dẽtis;de quo vide qđ no.Io.An.i c.ſi motu ꝓprio,de ꝓb.li. b
6.& Io.Cal.in c.cũ dilectꝰ,de iur.pa.Tenẽt dñi de Ro. i eo c
rũ quadã deci. Quid aũt cũ executor A pl'icus ꝯfert bñficiũ
idigno ꝓſertim notorio,an teneat collatio?uide pulchrè ꝑ
8 In.in c.inter dilectos,de exceſ.pla.† No.ult.ꝙ ſuſpẽſus a bñ
ficiis ex eo,qa indignũ ꝓlatũ elegit, ñ pt durãte ſupẽſiõe ꝓ
moueri ẽt ad aliq̃ dignitatẽ.Aduerte tñ,qa c.cũ i cũctis,i §.
cleri.ſ.e.ubi ponit̃ hæc pœ.ſuſpẽſiõis,recipit aliq̃s lĩtatiões,
& reſtrictiões.Primò.n.ñ hẽt locũ illa pœna,niſi i electiõib.
Epõrũ & ſupiorũ:i inferiorib.uerò dignitatib.puniunt̃ ele-
ctores pœna arbitraria;de quo uide tex.cũ gl.i c. ſi ꝯpromiſ
ſariꝰ.ſ.e.li.6.Scđa reſtrictio,ꝙ illa pœna ſuſpẽſiõis reſtrin-
git̃ ab bñficia dũtaxat,q̃ iſti eligẽtes idignũ hẽbãt i ea.eccl.
ad q̃ fuit facta electio: ñ aũt extẽdit̃ ad bñficia aliarũ eccle-
ſiarũ;ut ſic ſolũ puniãt̃ i bñficiis habitis ĩ illa eccl.ꝯ q̃ deliq
rũt,ut eſt tex.i d.c.ſi ꝯpmiſſariꝰ.Ex quo ĩfert̃ ad no.lĩtatio-
nẽ iſtiꝰ.c. ut quẽadmodũ ſuſpẽſio quo ad bñficia habita re-
ſtringit̃ ad bñficia illiꝰ eccl'iæ;ita & ihabilitas ad hẽnda du
rãte ſuſpẽſione cauſet̃ ſolũ reſpectu illiꝰ eccl'iæ.i alia ergo ec
cl.poterũt illi ẽt durãte illo triẽnio ſuſpẽſiõis ꝓmoueri,ar.
i d.c.ſi ꝯpmiſſariꝰ; & pt ẽt adduci tex. Nam iſta habilitas re
ſpectu obtinẽdorũ uenit acceſſoriè ad ſuſpenſionẽ factã de
habitis,ut colligit̃ hic ex lr̃a,i uer.cũ igit̃. ergo dẽt regulari
ſm naturã illiꝰ ſuſpẽſiõis,ut i reg.acceſ.de re.iur.li. 6. ad hoc
all.gl.no.q̃ hoc tenuit in c.cupiẽtes,i §.cęterũ,i uer.bñficiis
9 in ſi.e.ti.li.6.† In gl.1.ibi:*ſed ſup ſtatu eccleſiæ admittũt̃. Vult*
ergo gl.ꝙ cõſpirãtes ꝯ ꝓlatũ admittũt̃ i teſtes ſup ſtatu ec-
a cl'iæ;& ſic ꝯ alios de eccl.licet ñ ꝯ ꝓlatũ.Qđ an ſit uerũ [a] in-
diſtinctè, dic ut plenè dixi pꝰ In.i c.cũ I. & A. de re iud. In f
gl.ſi.ibi:*ſed ille plus peccauit,q̃ iſte*. Adde, qa ut dicit Io. An.
& bñ, ille fuit mediator ſimoniæ; meritò fuit punitꝰ pœna
ſimoniacorũ.Iſte uerò Maſcarò ſolùm fuit cõſciꝰ,ꝙ iſte quẽ
10 elegit,fuit ſimoniacꝰ;& iõ ñ fuit punitꝰ de ſimo.† In ea gl.i-
bi:*inqſitio fuit facta iã in capite,q̃ in mẽbris*. No. bñ.& tene mẽ
b ti ſol.hꝰ gl.ult.n.ꝙ ſi i iqſitiõe gñaliter formata,teſtis [b] in
iqſitiõe cõꝓhẽſis aliqd fuit cõfeſſus ꝯ ſe;pt & dẽt puniri,ac
ſi fuiſſet directè cõfeſſus ꝯ ſe,& nõ i forma teſtimonii. Et ex
hoc ſentit gl.ꝙ ſi teſtis iter litigãtes,uel i inqſitiõe formata
ꝯ aliũ cõfitet̃ crimẽ ꝓpriũ;ꝙ dẽt ex illa cõfeſſiõe puniri.Ad g
uerte tñ:qa iur.i,q̃ ad hoc gl.adducit, hoc ñ ꝓbãt.Nõ.n.lo-
quũt̃ i cõfeſſiõe,ſed i ꝓbatiõe criminis facta ꝑ alios teſtes:
ſed reſpectu cõfeſſiõis ſt̃ opi. utrũ teſtis dẽat ex hoc puniri
pœna ordinaria,vł extraordinaria.De quo uide qđ plenè dixi
i c.1.de excep.& plenè no.i c.2.de ord.cog.& dic,ut ibi. Ex
11 ꝓdictis hẽs unã lec.ad iſtũ tex.Scđa lec.pt colligi ex his,q̃ ꝓ h
cedũt i gl.ꝙ iſte Maſcarò fuit repulſus ab iſta dignitate ꝓpo
ſituræ ñ tñ uigore ſuę cõfeſſiõis,q̃ tñ ꝑ ꝑ infamiã facti, q̃ ex
illa ſurrexit ꝯ eũ.Nã,ut dixit hic In.effectus infamiæ facti ẽ,
ut ñ ſolũ repellat a bñficiis obtinẽdis,ut i c.inter dilectos, đ
exceſ.ꝓla.& i l.2.C.de digni.li.12.ſed ẽt ut priuet̃ bñficiis iã
c habitis.[c] Et põdera diligẽter hoc ultimũ,ad qđ ſolet allega i
d ri,ut plurimũ:ſed ꝓfecto ñ ẽ uerũ: [d] qa ꝑ ꝑ ſolã infamiã fa-
cti,ñ dẽt qs priuari bñficiis habitis:ſed dẽt fieri iqſitio ꝯ eũ.
Vñ infamia ꝓſtat ſolã facultatẽ iqrẽdi,ut i c.qualiter & qñ,
e el.2.de accu.Põt tñ ſi infamia eẽt multũ uehemẽs[e] interim
ſuſpẽdi durãte inqſitiõe;de quo uide tex.no.i c. inter ſolici
tudines,de pur.c.& uide ꝑ Io.An.i c.1.de accu.li.6. & ſi nõ
pt ꝑ iqſitionẽ hẽri ueritas,remanẽte nihilominꝰ iſamia dẽt
idici purgatio,ut i c.accedẽs,de acc.Et de mõ ꝓcedẽdi ꝯ in
famatũ;uide gl.no.2.q.v.i c.ꝓsbyter ſi,& i c.ſi mala fama,&
i c.2.de purga.ca.& ꝑ Inn.in c.cũ P.eo.ti.Tertius itellectꝰ ẽ
ꝙ illud crimẽ cõfeſſatũ ꝑ Maſcarò i forma teſtimonii ꝯtin-
gebat cãm,de qua agebat̃;meritò dẽt puniri ex ſua cõfeſſio
ne,ut i c.1.in ſi.de accu.i 6.& i l.2.§.publico,ff. de adul. Et
q̃re dicat̃ cãm cõtingere,& an ſit uerũ,ꝙ ꝑ ꝑ hoc dẽat puni-
12 ri pœna ordinaria;viđ qđ plenè dixi i c.2.đ or.cog.† Quar i
tũ intellectũ poſuit hic Cõp.& ſentit tacitè In.ꝙ iſte Maſca

a An ſit uerum. Adde Old.conſi.278.

b SEB. SAPIA. Si teſtis. Vide tex.in c ad petitionem.ſ. de accu. ubi d. Abb.alle.hunc tex.ſecundum iſtum intellectum.

c ZACHARIAS. Iã habitis. Adde Bar.& poſt eũ Ia.Rebuf.i l.infamia,in prin.& ibi in addi.ad dictũ Rebuf.C.de decu.li.x.P. de Ca. cõſ.196.In.Põ.in ſuis ſin.in uer. infamia.In.i c. qualiter & qñ,de accu.Bal.in l.mãdatũ,C.mãda.& Spe. in tit.depoſiti. §.7.uerſi.19.

rò ñ fuit priuatꝰ ꝑ ꝑ cõfeſſionẽ factã ĩ for
ma teſtimonii : ſed de nouo fuit formata
iqſitio ꝯ eũ;& ſua cõfeſſio, q̃ fecerat ut te
ſtis fuit adducta, ut ꝓbaret̃ crimẽ ꝯ eũ.Ex
quo no.ſing.ꝙ licet cõfeſſio facta indire-
ctè i uno iudicio ñ ualeat,ut ꝯfitẽs puniat̃
directè de illo crimine;qđ tenet Bar. i l. d
ſi cõfeſſus,ff.de cuſto.reo.ꝑ l.ſi filiũ,C.de
li.cau.tñ pt illa cõfeſſio adduci , ut ꝓbet
crimẽ ꝯ eũ in alio iudicio ſpãliter iſtituẽ, e
do ꝯ ipm.Cõtra qđ op.de c.iter dilectos
de ſi.inſt. vbi dr̃ ꝙ acta facta in uno iudi-
cio,nõ faciũt fidẽ i alio. Sol.dicit hic no.
In.ꝙ ꝯtriũ ꝓcedit in probatiõe,q̃ fit ꝑ te- f
ſtes,& inſtra;ſecus aũt in cõfeſſiõe.Diuer
ſitatis rõ ſm eum:qa.multa potuiſſet iſte
reus obieciſſe,forte cõtra atteſtatiões , &
inſtra,q̃ nõ obiecit ꝑ ꝑ paruitatẽ ꝓiudicii g
de quo agebat̃.Obieciſſet aũt , ſi ſciuiſſet
criminaliter dẽre agi cõtra eũ, uel ſi tune
fuiſſet actũ criminaliter.Sed in cõfeſſiõe
propria,nõ cadit aliqua excuſatio;qa qđ h
q̃ſq; dilucida uoce ſemel cõfeſſus eſt , nõ
pt amplius denegare,ut i c.ꝑ tuas,de ꝓb.
& in l.gñaliter,C.de nõ nu.p.qđ no. [f] ſin
gu.Sed idẽ In.in c.qualiter & qñ,el.2. de
accu.ꝓpe.ſi.cõtrariũ uĩ ſenſiſſe.Ibi.n. di-
cit,ꝙ ſi clericus fuerit cõuictꝰ de crimine,
dũ ageret̃ cõtra eũ ciuiliter,pt Epõs ſuꝰ no
uã inqſitionẽ ꝯ eũ formare; & ꝓprobatio
ne adduceret̃ acta illiꝰ iudicii,i quo agebat̃
ciuiliter,& ſic uoluit ꝙ ñ ſolũ cõfeſſio, ſđ
ẽt alia acta faciãt fidẽ i alia cã;licet nunc
agat̃ ꝯ eũdẽ criminaliter;& in priori iudi
cio fuerit actũ ciuiliter.Sđ tuꝰ tene dictũ
In.hic:qa uerius & cõius,qđ tenet gl. iu-
ris ciuilis,i l.ſi qs ad ſe fundũ,C.ad l. Iul.
de ui pu.& Bar.i l.2.ff.đ ui bo.rap. Et qđ
dixi,ꝙ cõfeſſio facta i uno iudicio facit ſi
dẽ i alio ꝯ cõfitẽtẽ,itellige i cõfeſſiõe ꝓ
pria; [h] ſecꝰ i cõfeſſiõe ꝓcuratoris.i Nã il
la nõ facit fidẽ i alio iudicio ꝯ dñm:qđ te
nuit ſin.Cõp.& ſequũt̃ cõiter doc.hic. Et
ẽ rõ;qa ꝓcurator nõ pt ꝓiudicare dño,ni
ſi i illa lite,i qua eſt ꝓcurator,ut in c. cũ
olim,de oſ.de le. Itẽ i cõfeſſiõe ꝓcurato
ris[i] ceſſat rõ,ſuꝑ qua ſe fundat.c.ꝑ tuas &
l.gñaliter,ꝓal.Itẽ cõfeſſio ꝓcuratoris nõ
ẽ uera cõfeſſio dñi,ſed ficta & iterpꝛtatiua;fi
cta aũt cõfeſſio nõ dẽt ꝓiudicare in alio
iudicio.Pro hoc facit qđ i ſimili no.Bar.
i l.cũ filiꝰ,ff.đ uer.ob.& i l.eiꝰ,q delatorẽ
ff.de iu.fiſ.ubi uult,ꝙ ficta ꝯfeſſio alicuiꝰ
ñ nocet ſuo hæredi , ſi ñ habuerit effectũ
ꝯ đfunctũ:nec ꝯfeſſio filii facta nocet pri,
ut no.i d.l.cũ filiꝰ . Itẽ lĩta ꝓdicta;cũ agit̃

d Nõ eſt uerũ.Adde tu quod Ro. cõſ. 297.idẽ tenet,qđ In. licet ibi ñ all. Vehemens. Adde Bar.cõſi. inci. an fama cum dicto ſyndici.

f Qđ no. Adde Io. đ Ana.ꝯſ.1. Aug. cõſ.27.uel 157.vł 297.

g SEB. SAPIA. Sed tu docto.tñ i d.c.qualiter uidẽtur uelle, ꝙ dictũ Inn. ibi ſit cõis.

h ZACHARIAS. In confeſſiõe ꝓpria.Addꝰ ꝙ oportet adhuc,illa cõfeſſio ꝓpria ſit uera ad hoc , ut faciat fidẽ i alio iudicio , ut ꝑ Lu. Ro.ſin. ſuo. 330. qđ incipit, ſi ꝯfeſſus ſum:ſecꝰ aũt ſi eſſet ficta, ut ꝑ eũ ibi,q alleg. Bart. ſing.i l.2.§.Diuꝰ, ff.de iure fiſ. Adde an ſemel ꝯfeſſus poſſit ampliꝰ denegat̃. Et dicas,ꝙ a niſi ſpecifice ꝓbet errorẽ cõfeſſionis ſm Bal.in l.error, in pe.col.C.de iuris & fac.igno. Et in ſpecie ita conſuluit do.Frã.Curt. in cõſ.55.i 6.col. verſ.& dudũ i motiuis,&c.& in cõſi.69. in ulti. col. in prin,& in multis conſi.alleg.ut poteris reperire in tabula ſuorũ conſiliorũ in uer. confeſſio, i prin. Et quòd confeſſio facta in una inſtantia facit fidẽ in alia inſtantia maximẽ inter eaſdem perſonas, uide pulchrè per domi. Alexãdrũ, in conſi.96.in prin.in primo uolu.& plenius in conſi.19.in prin.in 4.uolumi.ad primã partem apoſtillæ ; uide pulchrè per iſtum in caſcriptum,in nume.9.ſ,eo.
Aeneas de Falco.

i SEB. SAPIA Confeſſione ꝓcuratoris.Vide Feli.reſtringẽtẽ in in c.1.col.pe.ſ.ut lit.non conte.& Aret.in cõſi.13. uiſo diligẽter in

criminaliter:ſed ſi agiẽ ciuiliter cõfeſsio
facta iter certas pſonas ñ pîudicat quo
1 ad aliã pſonã,ut i l.pe.ff.de inter.ac.†Vlt.
ꝯ pdicta op.de.c.at ſi cleri.de iu. ubi ꝯfeſ-
ſio clerici,ñ facit fidẽ ĩ alio iudicio,ẽt cri
minaliter iſtituto.Sol. In.dupliciter. Pri
mò,ꝙ illa ꝯfeſsio ñ facit fidẽ,ut cleric⁹ p
ſuũ Epm ex illa poſsit directè dãnari, cũ
fuerit facta corã iudice ſeculari;ſed bene
a poterit cõpelli ad pſiſtẽdũ [a] ĩ illa ꝯfeſsio
ne.Et no.ſin.hoc ultimũ dictũ In.Per hoc
n.inferũt qdã,ꝙ cleric⁹ pt ſubiici torturę
uigore ꝯfeſsiõis factæ corã iudice ſecula-
ri ad dãdũ itellectũ pbabilẽ illi cõfeſsio
ni,p q̃ excuſatẽ a crimine,ar. c.cũ dilecti,
đ acc.Qđ an ſit uerũ,dic,ut plenè dixi in
d.c.at ſi clerici.Scđò rñdet In.a đrĩũ,ꝙ
illud pcedit in ꝯfeſsiõe nõ ſpõte facta co
rã iudice ſeculari. uñ ne i aliquo cõ pbeẽ
iuriſdõ laicorũ ſup clericos,fuit ibi inſti
tutũ,ut ex illa ꝯfeſsiõe cleric⁹ i nullo poſ
ſit dãnari.Et hæc ſcđa ſolu.mihi pl⁹ pla-
cet;de quo plenius dixi in d.c. at ſi cleri-
ci.An aũt poſsit indiſtinctè cõfeſſus in v-
b no iudicio ĩterptari [b] i alio iudicio ꝯfeſ-
ſionẽ ſuã,ut ſibi nõ noceat?diſtinguit hic
In.ꝙ aut pria ꝯfeſsio emanauit i ſcriptis;
& oportet,ꝙ iterptatio , ſeu excuſatio ẽt
pbeẽ p ſcripturã p l.gñaliter, ſal.Aut e-
manauit ñ i ſcriptis;& tũc poterit fieri ex
cuſatio p aĩs pbatiões,vel p aliũ idoneũ
intellectũ iuxta ea,q̃ leg.& no. i d.c.cũ di
lecti,de acc.Intellige tñ primũ mẽbrũ h⁹
diſtinctiõis, qñ ſcriptura fuit de ſubſtãtia
cõfeſsiõis;ut q a fuit actũ , ut cõfeſsio fie-
ret i ſcriptis;quo caſu ſcriptura eſt de ſub
ſtãtia actus,ut in l.ꝯctus,C.de ſi.inſt.Sec⁹
ſi ſcriptura fuit inde facta ad pbationem
cõfeſsiõis,& ſic itelligiẽ.d.l.gñaliter. ubi
dr̃, ꝙ ñ pt qs aliqd pbare ꝯ confeſsionẽ
ſuã, quã fecit i ſcriptis,niſi p aliã ſcriptu
rã,ut ibi no.Bar.& ex pdictis habes plenè
examinatũ quartũ intellectũ;qđ eſt valde
no. Põt & qnto legi iudicio meo , ꝙ iſte
Maſcarõ nõ fuit cõfeſſus , ut teſtis. Nã in
lr̃a hoc ñ dr̃, ſed ſimpl̃r , ꝙ iuratus aſſer-
uit.vñ pt intelligi,ꝙ iſte Maſcarõ fuit in-
terrogatus ſup inqſitiõe gñaliter forma
ta ꝯ oẽs de eccl. tãquã unus de eccle. Nã
illi contra quos formaẽ inquiſitio,tenen
tur medio iurõ rñdere ſup deductis in cõ
feſsione,ut i d.c.qualiter,el.2 .i §. formã.
Et quia fuit confeſſus ꝯ ſe,meritò ex con
feſsiõe ppria directè facta ſup inquiſitio
ne iſte fuit punitus.Sed ꝯ hoc opp.vr̃.n.ꝙ
debuit puniri pœna depoſitionis, vł pri-
uari omnib.bñficiis,ar.in c. inſinuatũ , &
ea.de hoc,de ſimo.Solutio,dic,ꝙ crimen
confeſſatũ nõ merebaẽ tãtã pœnã. nõ eñ
confitebaẽ ſe ſimoniacũ eſſe,uł fuiſſe;quo
caſu procederet contrariũ . Sed ex cõfeſ-
ſione ſua ſolũ inducebaẽ , ꝙ elegerat ſciẽ
ter indignũ.unde ſatis eſt,ꝙ fuerit punit⁹
pœna ſup hoc a canone inflicta ; & ſic pt
dici, ꝙ fuit punitus in hoc pœna ordina-
14ria.† Nec ob.ſi dicaẽ, ꝙ quãdo pcediẽ p
ĩquiſitionẽ, nõ dẽt inqſitus puniri pœna
c ordinaria,ſed minori, [c] ſaltẽ de iur.can.

ut pbaẽ in c.qualiter & qñ,el.2.ꝯ.alle.qa illud non pcedit
qñ de crimine cõſtat p ꝯfeſsionẽ propriã:quia tũc puniẽ,ac
ſi fuiſſet cõuictus p uiã accuſationis:quia hic tex. eſt no.i c.
ſi.de cele.miſ.& in c.2.de cõfeſ.& qđ ibi plenè dixi.Et intel
lige qñ cõfeſsio fuit facta metu pbationis: ſecus ſi a princi.
fuit ſpontanea;quo caſu procedũt iura q̃ dicũt ꝙ mitius eſt
agẽdum cũ ſponte confeſſo,q̃ cũ ꝯuicto;de quo uide gl. no
tabi.& qđ ibi dixi in d.c.de hoc.j.de ſimo.Et circa mam ꝯ-
feſsionis extraiudicialis ſup crimine,an & quãdo plenè pbet,
vł aĩs ſemiplenè,pleniſsimè dixi in c.at ſi clerici. Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Profeſſus,qui non eſt,non poteſt eligi ad regimen eccleſiæ regularis; nec ualeret conſuetudo in contrarium.6.*
2 *Continuè iſta dictio importat factũ continuũ , licet habuerit modicum interuallum.*
3 *Conſuetudo diuturna,licet minus iuſta,pſtat pbabilẽ cãm dubitãdi.*
Sñia lata ꝯ ius,de quo aliqua rõne pt pbabiliter dubitari,ualet.
4 *Conſuetudo mala eſt radicitus extirpanda;& non tollit ius.*
5 *Lex diuina poteſt allegari in deciſionib.cauſarum.*
Conſuetudo non poteſt habilitare prorſus inhabilem.
6 *Profeſſus alicuius religionis dẽt ſuam profeſſionẽ facere ĩ ſcriptis.*
8 *Profeſſus tacitè poteſt compellere monaſteriũ,ut eũ recipiat ex pſsiõe.*
Profeſſus,niſi ex pſsiõe pſiteatur, non pt pmoueri ad aliq̃ prælaturã.
Pauper poteſt officio iudicis compellere diuitem ad faciendum ſibi eleemoſynam.
Conuerſus non poteſt petere ut recipiatur in monachum.
Monachus poteſt eſſe cum licentia Abbatis uicarius Epiſcopi.
Laicus non poteſt eſſe uicarius Epiſcopi.

C A P. X X V I I.

CVm cauſam. Si nõ pfeſſus eligitur ad re
gimẽ ecclĩæ regularis,caſſa
tur electio cõſuetudine in ꝯriũ nõ ob. Cõis diui-
ſio.Scđa ibi:*quia*. Caſus literal. Quidã prioratus
in eccleſia S.Petri Lucañ. uacauit. maior pars canonicorũ
elegit in Priorẽ pſbyterũ bonũ.qdã alii cõtradicẽtes dice-
bãt,ꝙ talis electio ñ ualebat eo , ꝙ dictus pſbyter bon⁹;nõ
erat pfeſſus ordinẽ regularẽ.Cõmiſſa fuit cã quibuſdã, co
rã qb.allegabaẽ,ꝙ cũ dictus pſbyter bon⁹,nõ fuiſſet pfeſſus
ordinẽ regularẽ, eligi nõ potuit in Priorẽ.In ꝯriũ ppo ne-
baẽ, ꝙ multi priores cõtinuè unus poſt aliũ fuerãt in eccle.
ipſa p multa & lõga tpa,qui nõ fuerãt pfeſsi . Dubitauerũt
iudices,an talis ꝯſuetudo excuſaret,quo minus electio uale
ret. Cõſultus Pa.rñdet,ꝙ ñ debemus attẽdere ſolũmõ , qđ
ſit factũ,ſed quid potius faciẽdũ.Et ſm legẽ diuinã ñ eſt arã
dũ in boue & aſino;nec aliquis dẽt induere ueſtẽ de lana &
lino cõtextã.Mãdat,ut ipſam electionẽ debeãt irritaẽ; & p
dictũ pſbyterũ bonũ,& alios nõ pfeſſos cõpellãt,ut b.Bñdi
cti regulã in ea.eccl.conſtituti pfiteanẽ,& ſeruẽt:aut eccle-
1 ſiã ipſam oĩno dimittãt.Ber.† No.1.ꝙ ꝯ electionem a maio
ri parte factã,ẽt in eccl.regulari,pñt ſe opponere aliq , licet
ſint regulares.Et in hoc poſſunt religioſi eſſe i iudicio ſine
cõſenſu maioris partis capituli;licet eccl.uacet:qa itereſt cu
iuſlibet de eccl.habere bonũ plãtũ,ut ecclĩæ legitimè de pa
ſtore cõſulaẽ.Ad hoc facit qđ leg.& no.in c.ſup his.j. đ ac
cu.& 8.q.1.c.audacter. Et hac rõe ẽt unus ſolus põt ſe oppo
nere,& dẽt habere expẽſas ab eccleſia,ex quo regularis eſt,
iuxta ea,q̃ dixi poſt Hoſ.i c.cũ inter canonicos,ꝯ.e.facit qđ
2 legiẽ & no.in c.ex parte.j.de accuſationib. † Secundò not.
d ibi:*continuè* [d] *unus poſt alium*,ꝙ aliquid dr̃ continuè factũ,li-
cet habuerit aliqđ modicũ tpis interuallũ . Nã unus Prior
immediatè nõ cõtinuaẽ alteri.intermittiẽ enim tempus ſe-
pulturæ pdeceſſoris.Item electionis alterius confirmatio ,
&c,Sed pp temporis breuitatẽ, & quia nõ interceſsit factũ
ꝯriũ,dr̃ continuè factum . Qđ facit pro teſtib. qui dicunt ſe
uidiſſe aliquos continuè poſſediſſe per decenniũ ; ut dictũ
eorũ non reprobetur;licet per aliqua modica interualla nõ
uiderant eos poſsidentes : ex quo tamen contrarium non
uiderunt,

nlt.du. Et de con-
feſsiõe facta, uide
Bal.in l.2.col. fin.
C. de edẽ. Feli. in
ru.de pba.co.1.ſa
e iũt nu.p do. Iaſ.
in l 2.C.q teſt. fa.
poſ. ubi loquiẽ de
cõfeſsiõe , q fit p
poſitiones . & ad
mate.uide Feli. in
c.1.col. 3. uer. ſe-
cunda cõcluſio.j.
de exce. ubi po-
nit duas limitatio
nes ad illũ , ꝙ cõ-
feſsio ĩ uno iudi-
cio , facit fidem
in alio.

a Perſiſtendum. Ad
de uidendũ Cald.
cõ.12.de iu. Cep.
conſi.11.Abb.cõ-
ſilio 24. ubi dicit
ſecus eſſe, ſi cõfeſ
ſio eſſet facta co-
ram alio iudice
eccl̃iaſtico,incõ-
petenti tñ . Alex.
conſil.13. 2. libr.
Are.conſi.150.
ANT. FRAN.
Et quãdu confeſ
ſus corã uno iudi
ce poſsit adhibita
tortura compelli
perſiſtere in priu
ri confeſsione, ui
de do. Abb. & a-
lios poſt eum in
ca.at ſi clerici, in
priu.de iudi.

b Interpretari. Ad-
de Alexan. conſi.
2.3.li.Aret. conſi.
147.

c Sed minori.Ad-
de,ꝙ iſte ſentit,ꝙ
accuſatio ſit fauo
rabilior,quàm in
quiſitio quo ad
punitionẽ crimi-
nis.a.cuius opi.con
firmatur per ea ,
quæ uoluit Cald.
cõſi.1.de ac.& cõ
ſi.2. de pœ. Fulg.
conſilio 136. Ce-
pol. 65. Petr. de
Anch.conſil.199.
Abb. 25. in qui-
bus locis conclu-
dit,ꝙ inqſitio eſt
uia extraordina-
ria; accuſatio ue-
rò ordinaria.

d Continuè. Adde
Ro.conſi. 163.
ANT. FRAN.
Adde,quòd hoc
uerbũ,cõtinuè, in
telligiẽ cum tẽpe
ramẽto. i. qñ op⁹
eſt, text. eſt in le.
Apoſtata , C. de
apoſt. & uide no.
ĩ.in pœ. Greg. &
qñ actꝰ dicaẽ fieri
cõtinuò & conti-
nuatè ; uid gl.no.

ſecundũ Bar. in l. duos. §. fi. ff. de duo. re. Et adde ꝙ illud dr̃ cõtinuè & cõtinuatè actũ qđ eſt factũ aliquo modico interuallo interpoſito c. fi. de fri. habet in l. ex facto, ff. de hære. inſti. & in l. foramen, ff. de ſer. vr. præd. & in l. 1. §. quotidiana, ff. de aqua quo. & æſti. & vide in c. ſi quis voluntariè. l. di. & habetur in l. continuus, ff. de ver. ob. & vide Bar. in l. ſi quis ita legauerit, ff. de condi. & demon. & vide quæ habẽtur in l. hac conſultiſſima, C. de teſt. & quando dicatur poſſeſsio cõtinuata, & quõ ꝓbetur aliquẽ continuè poſſediſſe; vide per Spec. in tit. de proba. §. 1. in fin. Et adde, ꝙ actus dr̃ continuè factus, etiã ſi interueniat aliqđ interuallum, dummodò partes non diuertãt ad actus extraneos, l. iuriſgentiũ. §. quod fere, ff. de pact. c. 1. de officio archipresby. & ibi Io. An. & vide. 76. di. c. ſcientia, & in c. nunquam, de con ſec. diſt. 5.

uerbo, omnino. & uide gl. in cle. 1. de ui. & ho. cle. & gl. in c. & ſi Chriſtus, in ver. omnino, de iureiu. & uide gl. 1. in c. dudum, de cõuer. con in. & in l. Græcè, §. illud, ff. de fideiuſ. & uide glo. in cle. ut hi, qui. de æta. & qual. quæ dixit ꝙ hæc dictio, omnino, excludit omnem diſpenſationem. & vide Arch. in c. 2. de pact. in 6. vbi dicit, ꝙ ſi lex, vel ſtatutum dicit iuramentum omnino ſeruari debere, ꝙ excluditur facultas petẽdi relaxationẽ et abſolutionem a tali iuramẽto. pro quo vide Ioã. de Imo. in c. cum contingat, in ij. char. de iureiur. & uide tex. in l. ſi nõ ſortem. §. indebitũ, ff. de cõdi. indeb. ubi probatur, ꝙ ſi adiungatur dictioni negatiuæ, puta, quia dicaẽ, omnino nõ exponitur. i. nullo mõ. quæ omnia tene menti.

SEB. SAPIA.

a Cõſuetudo diuturna. vide pulch. dictũ Barto. in l. quis ſit fugitiu⁹. §. apud Labeonẽ, ff. de ædil. edi. vbi dicit, ꝙ cõtractus q ſapit vſurariã prauitatẽ ex cõſuetudine reputaẽ licitus; vide ẽt Bart. Vero. in trac. de ſimul. contra. co. 4. Cõſuetudo enim habet conſtituere probabile dubiũ iuris, c. licet. ꝟ. de ſpon. duorũ. vide etiã Car. & Io. de Im. in c. ex tuæ, col. 6. ꝟ. de cle. non reſid. vbi di. ꝙ licet Epſ nõ poſsit ſtatuere ꝯtra ius, tñ poteſt ſtatuere circa dubiũ iuris in alterã partẽ. refert & ſequiẽ Fel. ĩ c. quod ſup his, pen. col. ꝟ. de mai. & obed.

b Omnino. Vide Alex. cõ. 88 3 lib. ANT. FRANC. Adde, ꝙ iſta dictio, oĩno, habet ſignificationẽ ꝓciſam. l. ſi pariter §. fi. ff. de aqua pl. arc. Et uide gl. in gu. ſm Bal. in l. 1. §. ſi pecuniã. ff. de po. q dixit, ꝙ importat ipſo iure, & ibi vide glo. in

3 viderũt, ñ pñt repelli à teſtimonio. †No.
ibi: *dubitatis & meritò*. ꝙ cõſuetudo diu
a turna,[a] licet in ſe minus iuſta, ꝓſtabat, ꝓ-
babilẽ cãm dubitãdi de validitate iuris.
Cõtrariũ facit quod le. & no. in c. cũ dile
ctus, de cõſue. Ex quo hic ĩfert d. Ant. va-
lere ſñiam latã cõtra ius, de quo põt ꝓba
biliter dubitari, aut rõe cõſuetudinis, aut
alia rõne. Pro hoc facit qđ no. Inn. ĩ c. cũ
4 ſpãli. ꝟ. de app. & c. l³. & G. d̃ of. de le. †No.
in ver. *qa*, & tene mẽtĩ tex. q̃a quotidie al
legaẽ ꝯ fundantes ſe ſup aliqua obſeruatione.
tione. Nõ. n. dẽt ſimpl̃r attẽdi, id qđ fuit
actũ ĩ ꝑterito: ſed poti⁹ id, qđ de iuř fieri
debuit: q̃a nõ oĩs cõſuetudo tollit ius, vt ĩ
c. fi. de cõſue. & in l. 2. C. q̃ ſit lõ. cõſue. Nã
mala ꝯſuetudo eſt radicitus extirpãda. 8.
di. c. cõſuetudo. †No. ibi: *ſecundũ legẽ diui-*
5 *nã*, ꝙ in deciſionibus cãrũ ꝑt allegari lex
diuina; & vide qđ le. & no. ĩ c. 2. 20. di. &
6 hř hæc lex Deut. 22. c. †Itẽ no. ꝙ conſue
tudo nõ põt habilitare ꝑſus inhabilẽ, ꝓ
ſertim cõtra legẽ diuinã, & rõnẽ nãlem.
Itẽ no. ꝙ electio facta in eccleſia reglãri
de nõ ꝓfeſſo, venit irritãda cõſuetudine
ꝯria ñ ob. Hodiè verò eſt ipſo iure nulla,
vt in c. nullus. ꝟ. e. li. 6. Et reqriẽ hodiè, vt
nõ ſolũ eligẽdus ĩ ꝓlatũ ſit tacitè ꝓfeſſus,
ſed dẽt expſsè eſſe ꝓfeſſus. Vñ nõ ſufficit
tacita ꝓfeſſio, vt ĩ d. c. null⁹; niſi fieret ele
ctio ad eccleſiã cathedralẽ regularẽ. Nã ĩ
tali eccleſia põt eligi ĩ Epm ẽt ñ ꝓfeſſus;
puta nouiti⁹, vel cleric⁹ ſecularis, vt ĩ d. c.
nullus. Facit cl. 1. de ele. vide gl. ĩ c. qđ dei
timorẽ, de ſta. re. & hoc atingit ꝑꝑ excel-
lẽtiã dignitatis eꝓalis; rõne cu⁹ Epſ põt
dici religioſus, vt ĩ d. c. ex multa, de vo. 1õ
ꝑt religioſus imediatè ꝓeſſe. No. ibi: *cleri*
cos nõ ꝓfeſſos iũcto fi. c. ꝙ clerici ſeculares
ñ pñt eſſe ꝓbẽdati ĩ eccleſia regulari. Vñ
hic mandaẽ, ut aut iſti ꝓsbyteri ꝓfiteanẽ:
aut eccleſiã oĩno[b] dimittãt. Et põdera il
b lud verbũ, oĩno; & optimè facit iſte tex. ꝯ
opi. Hoſti. in c. fi. in §. ꝑcipim⁹, de ſta. reg.
Nã tenuit ibi Hoſ. ꝙ ſeculares clerici pñt
eſſe ꝓbẽdati ĩ eccleſia regulari; dũmodò
c nõ faciãt collegiũ cũ regularib⁹.[c] Tex. tñ
ibi vř innuere ꝯriũ; & cõtra opi. ſuã tenet
ibi Ant. & ſatis iudicio meo facit iſte tex.
ĩ fi. in ver. oĩno. Et no. ꝙ nõ ꝑt ex cõſuetu
dine introduci, vt in eccleſia regulari ſtẽt
d collegialr̃ ſeculares & regulares clerici.[d]
Sed ꝯ tex. oppo. Ex quo. n. iſti clerici ſte-
terunt longo tꝑe in monaſterio, vñr taci
tè ꝓfeſſi, vt in c. ex parte. ꝟ. de reg. & in c.
1. eo. ti. li. 6. Sol. ꝑt lr̃a dupliciter intelligi
ſm Io. An. Primò, ꝙ iſti presbyteri ſtete-
rũt in habitu ſeculari; quo caſu ceſſat cõ
trariũ, ut in cle. 2. de re. Et tũc lr̃a ſtat ꝓ-
priè, vt iſti cõpellanẽ ꝓfiteri, aut inde exi
re: q̃a eccleſia regularis dẽt, ſi fieri ꝑt, de
regularib⁹ reformari, vt ĩ c. relatũ, ne cle.
vel mo. & in c. inter, de reli. dom. Sed ĩ de

fectũ regulariũ, pñt inſtitui ſeculares cle-
rici, de quo plenius dicendũ, vt leg. & no.
in iuribus ꝓximè alle. Scđò ꝑt intelligi,
ꝙ iſti ꝓsbyteri fuerãt ibi in habitu regula
ri; & ſic erãt tacitè ꝓfeſſi. Et ad tex. rñde',
ꝙ mãdabaẽ, vt expreſsè ꝓfiterenẽ, ut ſic
nõ poſsẽt aſſumere excuſationẽ reſpectu
7 obſeruantię regularis. † Et ex hoc intelle
ctu no. ꝙ tacitè ꝓfeſſus ꝑt cõpelli ꝑ ſupe
riorẽ, ut faciat ꝓfeſſionẽ expſſam. Nã ex
tacita ꝓfeſſione obligaẽ monaſterio, vt in
d. cle. 2. meritò ꝑt cõpelli, ut faciat id, qđ
iure & regula diſponiẽ: qb⁹ caueẽ religio
e ſum dr̃e facere profeſſionẽ[e] expſſam, & in
ſcriptis, ut ſcriptura ꝓpria obuiet ſibi in
futurũ aſſerẽti ꝯriũ 20. q. 1. c. uidua, & 27.
8 oẽs fœminæ. † Et ex ꝓdictis infero ad aliã
q. qd ecõuerſo, nũquid tacitè ꝓfeſſus poſ
ſit inſtare, ut monaſteriũ cõpellaẽ eũ reci
pere ad ꝓfeſſionẽ expſſam? & dicendũ, ꝙ
ſic. Nã vtrinq; ex ꝓfeſſione tacita eſt or-
ta oblõ. Nã ipſe eſt obligat⁹ monaſterio,
d & monaſteriũ ſibi. Acquiſiuit. n. in ecclia
ꝑ ꝓfeſſionẽ tacitã ius monachatus & col
legii, vñ nõ ꝑt ſine cã amplius inde expel
li, facit c. fi. de reg. Itẽ intereſt ſua, vt expſ
ſe ꝓfiteaẽ, cũ alias nõ poſſit ꝓmoueri ad
aliq̃ prælaturã regularẽ, ut in d. c. nullus,
& c. indẽnitatibus, eo. tit. & lib: Facit c. cũ
ſingula, de ꝓb. li. 6. hic opi. ꝙ poſſit inſta-
re, ut recipiaẽ ad ꝓfeſſionẽ expreſſam, fir
mauit Io. An. in addi. Spe. in ti. de ſen. &
re iu. §. 6. Vbi ẽt qriẽ qd de nouitio, q ſte
tit ꝑ annũ in monaſterio in habitu noui
tiorũ; nunqd poſſit agere, ut monaſteriũ
recipiat eũ ad ꝓfeſſionẽ? Et ibi refert Ho
ſtiẽ tenuiſſe ꝙ ſic: niſi monaſteriũ habeat
aliq̃ cãm ꝯdicendi. Et hæc opi. mihi pla-
cet. Nã ex quo monaſteriũ recepit illũ in
nouitiũ, tacitè vř obligaſſe, vt in futurũ re
cipiat illũ in monachũ, ſi iuſta cã non ꝯdi
cit, ar. in d. c. ad apoſtolicã, de regu. Dicit
e tñ Hoſ. ut ibi refert Io. An. idẽ eſſe in eo,
q ſtetit ĩ monaſterio ꝑ annũ tanq̃ frater,
habitu nõ mutato. Nã vř intraſſe, ut ſalua
ret aĩam ſuã. Et monaſteria ad hoc ſunt
principalr̃ fundata, vt recipiãt volẽtes eo
rum aĩas ſaluare; licet Io. An. uideaẽ hic
certo mõ dictũ Hoſ. interꝑtari: tñ ego pu
to ꝙ in hac mã poſſumus conſiderare ali
quos caſus. Primus, qñ laicus, uel cleric⁹,
q nunq̃ fuit in monaſterio, inſtat ut reci-
piaẽ in monaſterio, tanq̃ monachus, uel
cõuerſus, ſed monaſteriũ ſibi ꝯdicit. Secũ
dus caſus, qñ intrauit, ut nouiti⁹, & ſtetit
ibi ꝑ annũ, & tũc inſtat, ut recipiaẽ ad ꝓ-
feſſionẽ. Tertius caſus, qñ eſt tacitè ꝓfeſ-
ſus, & petit vt recipiaẽ eius ꝓfeſſio expſſa.
Quartus caſus, qñ fuit receptus, ut cõuer-
ſus, & tunc inſtat, ut recipiaẽ tanq̃ mona-
chus. In primo caſu putarẽ, ꝙ poſſit iſte
q̃rẽs monachari implorare offĩm ſuperio
ris, ut cõpellat monaſteriũ ad recipiendũ

c Cum regularibus. Adde Alber. conſi. 11. de ſta. regu.

d Regulares clerici. Illud uidetur cõtra tex. in cle. 1. de elect. ſed ſolue, ut per illuſtrẽ do. meũ Rochum Curtiũ in. c. fi. col. umn 38. poſt med. ꝟ. de conſue. ubi dicit, ꝙ diſparis profeſſionis non pñt ẽt ex conſuetudine ſociari in eodem monaſterio; niſi habeant collegia diuiſa et ſeparata, ut in eccleſia diui Ambroſii Mediolani & in ecclia diui Augu. Papiæ: & hoc etiã ſẽtit. d. Abb. hic. in fi.

e Profeſſionem. Adde, ut ꝑ Cal. conſi. 5. & 25. de regu.

eundē. Et dr̄ ſupior hoc facere; niſi mona
ſteriū hēat iuſtā cām ꝯdicēdi, quā allegat
tenet: qa monaſteria ad hoc fuerunt prin
cipalr fundata, vt recipiāt oēs clericos vl
laicos volētes trāſire ad frugē melioris vi
tę. Supior āt pt cōpellere iferiores, vt de-
beāt uti re ad uſū deſtinatū: ſicut cōpellit
rectorē hoſpitalis ad hoſpitalitatē obſer
uādā. Et vt ſcipiat tot pauperes, quot pñt
ibi ſuſtētari, vt i cle. qa cōtingit, d̄ rel. do.
fa.c. c. de xenodochiis, &. c. ad hæc, e. ti. ĩ. d̄
inſt. c. 1. & qđ leg. & no. i c. ex pte Aſtēſis,
ĩ fi. d̄ cōc. pb. Adde ad pdicta i fiſi gl. no.
ĩ c. ſicut. 47. di. q̄ dicit pauperē poſſe iplo
a rare offm̄ Epi, ut cōpellat diuitē[a] ad faciē
b dū ſibi eleemoſynā[b]; quā glo. tene mēti.
Scđo caſu & tertio dic, ut ſ. dixi. In. 4. ſ. d̄
cōuerſo; credo, q ex quo ſemel fuit rece-
pt⁹ i cōuerſū, ñ poſſit āpli⁹ iſtare, ut col-
legiū teneat ipſū recipere i monachū: qa
corpo, q fuit effect⁹ ꝯuers⁹, fuit effect⁹ q̄ſi
ſeru⁹ monaſterii, ut dicit gl. fin. i c. ut lex
cōtinētię. 27. q. 1. Adeò, ut ſm illā gl. nō
hēat facultatē itrādi religionē arctiorē,
& no. ſing. hoc ult. Nec ſubeſt cā ſaluādi
aiam, cū eā poſſit ſaluare tāq̄ ꝯuerſus; &
alia ſūt iura cōuerſorū, alia monachorū;
9 fa. c. ex eo, i fi. ĩ. c. li. 6. †In gl. 2. ibi: *diuerſæ pfeſſionis in vno offo etc.* Cōtra hoc. c. facit.
c. De⁹ q ĩ. d̄ vi. & ho. cle. vbi hoies diſparis
pfeſſiōis fuerūt aſſociati in eo. offō pdicā
di. Itē religioſus pt eſſe d̄ licētia Abbatis
ſui vicarius epi, cū illud offm̄ ſit curatū, vt
no. Io. An. in cle. & ſi principalis, d̄ reſcr.
& Arch. in c. in noua actione 16. q. 7. Sol.
dic, q profeſſio pt ſumi ſtrictè. Nā ſtricto
mō duę ſunt pfeſſiões i mūdo, una laico-
rū, altera clericorū, vt i c. duo ſūt gña 12.
q. 1. Et hoc mō hoies diſparis pfeſſionis,
ñ debēt ſociari in eodē offō. Et de hac di
ſparitate loqr tex. i d. c. in noua. vbi dr, q
c laicus ñ pt eſſe vicarius epi[c]: qa eſt alteri⁹
pfeſſionis: qđ tñ intellige, vt no. in c. Ioā
nes, de teſta. vbi hr, q cleric⁹ & laicus pñt
eſſe ſimul executores alicuius teſti: ſed p
feſſio clericorū poſteà diſtiguit iter cleri
cos & monachos &c. Et iſti clerici & mo-
nachi nō pñt aſſociari, vt ſint in eodē mo
naſterio collegialr, vt in cle. 1. e. ti. An āt
poſſint cōiugi collegialr in eccl'ia ſecula
ri, vt religioſus ſit ibi plat⁹; vide bo. gl.
in d. cle. 1. & dixi in d. c. qđ Dei timore.
Ad alia verò officia bñ pñt per ſuperiorē
aſſociari eā ſuggerente; ex quo nō faciunt
vnū collegiū reale. vñ in ſcholis religioſi
clerici & laici pñt facere eādē vniuerſita-
tē: ex quo oēs exercēt ſtudiū eis cōpetēs;
nec eſt collegiū reale, ſed potius pſonale:
quod ſentit Bar. in l. fi. ff. d̄ colle. illi. facit
tex. in pœ. 6. & vide de hoc quod dixi in
quadā diſpu. quæ incipit, Gādulphus &c.

SEB. SAPIA.
a Compellat diuitē. Vide Car. Alo. in c. non ſitis 86. di. Bal. in l. ſi fu-rioſi, C. de nup. Fe li. in c. 1. de of. iu-di. vbi etiā dicit, q aduocati poſſunt cogi ad pa-trocinium gratui tū p pauperibus, & doctores ad cō ſulendū, & medi-ci ad medendum.
ZACHARIAS.
b Ad faciendū ſibi eleemoſynam. Adde hic expreſſe te nuiſſe Spec. in ti. de loca. §. nunc ve rò aliqua, ver. 68. ubi ple. & Car. in cle 1. §. ideò, de re li. & vene. ſanc. & Hoſt. in ſua ſum. de pœ. §. ſi quis.
ZACHARIAS.
c Non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi. Adde q licèt non poſſit laicus eſſe uicarius Epi-ſcopi vt hic, & p doc. ĩ. alle. Poteſt tamen eſſe illius aſſeſſor & conſul tor; ita not. Imo. & But. poſt Inno. in c. decernimus, de iu. & Lanfran. de Oria. in tra. de arb. in 2. parte, ad fi.

C A P. X X V I I I.

Q*Vod ſicut.* Nolatio, vel applo eius, cu
ius nō intereſt, electionē nō im
pedit: ſed ſi vocandus cōtemni-
tur eo pſequēte cōtemptū, caſſat electio
etiam cōfirmata; & pōt proſequi, niſi con
ſenſerit electioni: qđ pōt etiā ex poſtfacto h. d. vſq; ad §. ſup.
eo. & hæc prima pars ponit tria, q obiiciebant cōtra formā
electionis, & pertinet ad primam partem rubricæ. Abbas

S V M M A R I V M.

1 *Nominatio non acquirit aliquod ius nominato; & quotuplex ſit.*
2 *Electio Epi in quo loco fieri debeat; & alio loco facta non tenet.*
parendū. vñ paria ſunt quē nō fuiſſe citatū, aut minus legiti
b mè [b] fuiſſe citatū. Sed ꝯ hoc & ꝯ tex. opponiē. nā paria ſunt
q aliquid fiat tpe habili, uel tpe inhabili; dūmodo effectus
conferaē ad tps habile, ut in c. de vxore, & qđ ibi no. j. de ſe
pul. Sed effectus iſtius citationis factæ iſto canonico abſen-
te fuit collatus in tēpus habile; ergo n̄ debebat corruere ex
eo, qa fuerat fcā plato nōdū mortuo. Sol. dupliciter. primo
mò poſſet dici, q hæc citatio & eius effectus fuerunt in tpe
inhabili. nā citatio fuit emiſſa nōdū epo mortuo, & pfixus
terminus ad uigiliā pētecoſtes; & ſic ad tēpus quo poſſibile
erat iſtū platū adhuc uiuere. nō. n. citarūt vt cōpareret poſt
mortē prælati. Vel ſcđò dico & melius, q præſuppoſito, q
ēt citaſſent, ut cōpareret poſt mortē prælati: ex quo tñ fuit
fcā in uita prelati, nō habuit arctare citatū, ut cōpareat poſt
mortè. Rō, qa oīs tractatus eſt inhibitus, ut hic, & 79. diſt. c.
nullus. Vñ phibeē iſte tractatus nō ſolū habito reſpectu ad
c effectū ipſius, ſed etiā ad ipſum initiū, cū nullū ius [c] cōpetat
caplo in electione ante mortē prælati. Et p hoc bo. tex. in
ſi. in c. ſi. de ſepul. lib. 6. ubi religioſus nō pōt ſibi eligere ſe
pulturā, licet effectus iſtius electionis cōferaē poſt mortē, &
ſic ad tēpus in quo eſt exemptus ab obedientia Abbatis. Et
hoc ideo quia ēt principiū phibeē; quia cùm nō habeat vo-
luntatē 12. q. 1. c. nō dicatis, nō potuit illā exprimere, cū ui-
ueret. Ad idē bo. tex. in l. ſi minor, ff. de ſer. expor. Quinimò
plus dicit hic Boa. q ēt ſi citatio fuiſſet fcā poſt mortē præ-
lati, ex quo tñ fuit emiſſa ante mortē nō ualet; qđ mihi ſa-
d tis placet: [d] quia in citatione plurimū conſiderat initiū. illa
.n. eſt propriè citatio, quæ emanat à iudice, ſeu decretū de
citando. factum uerò nuntii eſt executio, iuxta not. per Io.
mo. & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes, de foro com-
pet. lib. 6. & tetigi in c. ſi. de feriis. † In glo. 1. hæc glo. intri-
catā

a Non eſt ipſo iure nulla. Add car. Māda. in trac. ſuo de elec. in c. parte c. 12. & in glo. in ver. vitioſam. Fed. de Sen. conſi. 227. & cōſ. 114. & Old. conſ. 70. & nouiſſimè per Feli. in c. cum Bertoldus, colum. 4. ver limita, v. j. de re iudi.

b Legitimè. Adde quod Rom. conſi. 410. dicit, q illegitima citatio, q̄ peruenit in notitiam citati, ita arctat, ſicut legitima, per clem. cauſam, de elect. SEB. SAPIA.

c Nullum ius. Ex his colligiē quomodo pcedat prædicta regula, q paria ſunt aliqd facere tempore habili, vel inhabili, & conferre in tēpus habile. de quo vide etiā Bar. in l. alia. §. eleganter, ff. ſolu. mat. vbi limitat non procedere, quando tempore quo fit actus, requiriē illa qualitas. Aliam limitationē tradit d. Iaſ. in l. ſi. col. 3. C. de pact. vide ad hanc regulam Alex. in l. Gallus. §. inſtituens, ff. de libe. & poſthu. & in l. inter ſtipulātem. §. ſacram, col. 2. ff. de verb. obliga.

d Initium. Adde q hæc ratio non videtur bona generaliter: quia valet citationis cōmiſſio facta per iudicem die feriata p die non feriata, vt latè cōſuluit Fed. conſ. 244. licet aliter uoluerit Paul. de Ca. conſi. 25. tamen quo ad dicta bona eſt, quia conſiderauit initium reſpectu poteſtatis capituli ante mortem prælati; & pro prædictis facit quod voluit Cal. cōſ. 5. de elec.

catè procedit; & in effectu pro ſequit̃ duas q. 1. nunquid electio facta per capl̃m contẽptis aliquibus ſit nulla, uel annullãda.[a] Et in hac q̃one licet primò alleget, q̃ ſit nulla; tñ poſteà ꝯcludit ueritatẽ, q̃ ñ eſt nulla, licet ſit irritanda contẽptis ꝓſequentibus iniuriã ſuã, ut hic & in c. quod ſicut ſ. eo. ubi melius ꝓbat̃.

9 † Secunda q̃o eſt nunquid caſſata electiõe pp contẽptũ aliquorũ, dẽant priuari iſti contẽptores ptãte eligẽdi pro prima uice, ut ſic iſta ptãs applicet̃ aliis ꝯtẽptis duntaxat? Et in hac q̃one gl. prius ſentit, q̃ ſic. Et ꝓ hac pte facit iſte tex. in eo, q̃ pp reprehendit iſtũ canonicum, q̃ pri' debuit expectare iudiciũ papæ, q̃ procedere ad ſecundã electionẽ. Et ſic innuit q̃ poſt ſñiam papæ potuiſſet ſol' eliger̃. ſed gl. in uer. *& quod dixi*, cautè corrigit, q̃ prius dixerat: & fuit illa additio uſq; ad fi. qnia concludit, q̃ rõne contẽpt' ſolũ dẽt in pęnã retractari ipſa electio: ñ aũt dẽnt electores priuari ptãte eligẽdi: qa cũ iſta pœna priuationis ñ ſit hoc caſu à iure ſtatuta, ñ eſt imponenda p aliũ, q̃ p eum, qui hẽt plenitudinẽ ptãtis. ſ. p principem; & ita pt intelligi iſte tex. Et hæc op. cõiter tenet̃ p do. & optimè facit iſte tex. in uer. in primo cõſenſu &c. Nec ob. ſi dicat̃, q̃ ſi eligentes ꝯ formã dẽnt priuari ptãte eligẽdi, ut in c. qa pp. j. e. ergo forti' eligentes aliquo ꝯtẽpto, cũ tunc delinquant ꝯ ꝓximũ. pterea, c. qa pp. j. e. dans formã electioni, diſponit, ut abſentes uocent̃. ergo electio facta abſentib' ñ uocatis, eſt attenta ꝯ formã; & p ꝯñs deberent electores priuari ꝓ prima uice ptãte eligendi, ut in d. c. qa pp. Sol. licet eligentes ꝯ formam ſint priuãdi: tñ ñ ſequit̃, q̃ eligentes aliquo contẽpto, ſint ẽt priuandi: qa ut dicit Io. An. & bñ, & ſatis fuit de mente gl. hui' in addi. cum illa pęna priuationis ñ ſit ſtatuta[b] in caſu nro, ñ debet pęna. c. quia pp, ad iſtũ caſum extendi: quia pęnæ ñ ſunt extendendæ, de pœ. di. 1. c. pœnæ. Et uide bo. gl. in c. fi. de iu. pa.: ſatis ergo eſt q̃ rõne cõtẽptus in pœnam retractet̃ electio; & iſta pęna eſt in iure ſtatuta, & alia ñ, ſufficit ergo q̃ iſta pęna ĩponat̃. Nã odia debent reſtringi; & ñ ampliari, ut in r'la odia, de reg. iur. li. 6. Ad ſm ꝯrium dicendũ q̃ uocatio abſentiũ ñ eſt de forma ſubſtãtiali, ſed eſt de iuſtitia. Nã ſi eſſet de forma ſubſtantiali, electio facta aliquo cõtempto eſſet nulla, ut ĩ d. c. qa pp: & tñ in caſu nro ñ eſt nulla, ut hic, & in c. qđ ſicut, ſ. e. & in c. eccl'a, el 2. j. e. Et ad iſtũ tex. ultra pcedentẽ rñſionem pt rñderi, ſenſit hic Abbas, q̃ potuiſſet iſte ꝓcedere ad ſecundã prima caſſata, ñ tñ ſolus, ſed una cũ aliis. Cõclude ergo, ut habeas totam mãm gl. magnæ clarã, tres caſus. Qñq; electio ſit per maiorem partem de indigno ſcienter, & tunc electio eſt nulla, & ptãs eligendi ipſo facto deuoluit̃ ad minorem ptem, q̃ ñ deliquit, ut in c. bonæ. ſ. e. & in c. congregato. j. e. cum fi. Qñq; ſecunda electio facta p capl̃m, eſt ꝯ formam ſubſtantialẽ, de qua in c. qa pp & tunc electio eſt ipſo iure nulla: ſed electores ñ ſunt priuati ptãte eligendi, ſed debẽt priuari per ſñiam; & ptãs applicat̃ aliis, q ñ deliquerũt ꝯ formã: debet tñ expectari ſñia priuationis; de quo uide quod no. Inn. & Cal. in d. c. qa pp, ubi dicã. Tertius caſus, qñ electio ſit pcapl̃m de idoneo, & ſm formã: ſed aliqs de capl'o fuit contemptus, ſeu ñ ltimè uocatus; & hoc caſu electio tenet; vnde pt ratificari per contemptum. nam pt renuntiare facultati proſequendi iniuriam ſibi illatam, ut in d. c. quod ſicut. Sed ſi vult proſequi contemptum, retractabit̃ electio per ſñiam, ut hic, & in d. c. eccl'a. Qua caſſata debent oẽs ſimul conuenire ad electionem nouiter fiendã: qa, ut pdixi, non habet hoc caſu locũ pœna priuationis; niſi papa ex plenitudine ptãtis uellet hanc pœnã infligere, ut ſ. dcm̃ eſt; & per hoc habet̃ clarè intellect' iſtius tex. & gl. Sed q̃ro nunquid in aliis actibus citra electionem, habeat locũ iſta proſecutio cõtemptus, ut retractet̃ actus geſtus per uniuerſitatem ad petitionem ꝯtempti? Sol. credo, quod in oĩb' actib', in qbus abſentes debent uocari, ſi aliqui cõtemnunt̃, ſeu ltimè non uocent̃, debet actus retractari ad petitionem contempti: ex quo non ltimè geſtus eſt, ar. hic, & in r'la, q̃ ꝯ ius, de re. iu. li. 6. facit quod no. Bar. in l. oẽs ppl'i, ff. de iul. & iu. q̃ ſenſit gl. in c. cũ oẽs, de ꝯſt. & in c. 1.

10 de his, q̃ fi. à ma. par. c. † Et q̃ ſunt act', in qb' abſentes ſunt uocandi, uide gl. in c. 2. de teſti. li. 6. dixi plenius in d. c. 1. de his, q̃ fi. à ma. par. c. & dic, ut ibi. In actib' uerò, in qbus abſentes neceſſariò ñ ſunt uocãdi ſi uniuerſitas ñ fuit ltimè ꝯgregata;[c] puta, qa nõ ad ſonũ cãpanæ, ut moris eſt, ſed ꝯuenerunt fortè duæ partes, & ꝓceſſerunt aliqb' de uniuerſitate nõ intereſſentibus, nec uocatis: Tũc ẽt puto, q̃ actus dẽret retractari[d] ad petitionem cõtemptorũ ar. in c. cauſis ſ. e. & in l. fi. C. de pdi. dec. fine decr. nõ alie. lib. x. facit d. r'la, q̃ ꝯ ius.

11 † In gl. 2. in fi. No. ſin. iſtã gl. & nõ tradas eam obliuioni, q̃ ad ualiditatẽ electionis neceſſario ñ reqrit̃, q̃ pcedat ſepultura plati.[e] vñ cadaneŕ adhuc ſup terrã manente, pt ꝓcedi ad electionẽ futuri põtificis; in hoc tñ fuerunt diuerſitates inter doc. Nã Hoſ. Vinc. & qdã alii tenuerũt ꝯ iſtã gl. dicentes, q̃ illud quod dicit Pa. hic, fuit ſtatutũ in fauorem mortui, & pp honeſtatẽ, vñ non pñt canonici huic iuri renũtiare. ſed Inn. Cõp. Io. An. & cõiter do. ſequentes ten. op. gl. licet ſit honeſtũ, ut expectet̃ prius ſepultura plati, ut in c. obeũtib'. 63. di. & ĩ c. poſtq̃. 50. di. ubi gl. dicit, q̃ à die mortis currit tp̃s eligẽdi. Et dicit Io. An. q̃ meli' dixiſſet ab hora mortis; quaſi ſentiat, q̃ illa dies mortis non excludit̃: imò dẽt cõputari tp̃s triũ menſiũ ab illa hora mortis; q̃ bñ no. Vñ abſurdũ eſſet dicere, q̃ tp̃s incipiat curreŕ ſtatim ab hora mortis, & q̃ capl̃m nõ poſſit eligere, niſi poſt exequias plati. Nam tp̃s non currit non ualenti eliger̃, ut in c. qa diuerſitatem, de ꝯceſ. pb. Et hęc opin. mihi placet. Pro qua adduco bo. tex. in c. 3. 8. q. 1. in fi. ubi dr̃, q̃ poſt obitũ qeſcentis, clerici habent ptãtẽ eligendi. Et ad c. nullus. 79. di. dic, q̃ loqt̃ de honeſtate, & eodem modo pt reſponderi ad iſtum tex. Hic. n. fuerũt duæ cauſæ caſſationis. una. ſ. propter contemptũ canonici, & iſta fuit potiſſima & finalis cã. Alia, q̃ corpus nondum fuit ſepulturę traditũ, fuit impulſiua. Nã honeſtũ fuiſſet al'r facere: ſed hoc ſolũ non ſufficeret ad caſſationẽ electionis. Vide ſil'e in uxore[f] mortuo uiro carnali. nã honeſtũ eſt, ut nõ nubat intra annũ luctus: nõ tñ hoc eſt neceſ-

a Annullanda. Adde, ut per Old. conſ. 65.

ZACHARIAS. Adde quæ dixi in apoſt. in uer. non eſt ipſo iure nulla, nu. 4. ſ. prox. hoc c.

b Statuta. Conſidera q̃ pro iſto dicto facit illud, q̃ ſing'r uoluit Io. An. in c. diſpendia, de reſc. in 6. ubi dicit diſpoſitionẽ pœnalẽ extendendam pp ſimilitudinem rõnis, non rñ pœnam in eo inſertã. de quo tñ cogita, p ea, q̃ ponit iſte ſ. i. pœ. in nu. 15. uerſ. ſed circunſcripta, &c. Aeneas Falco.

ZACHARIAS.

c Ltimè congregata. Adde tu iſtam q̃o. eſſe formatam p Iac. Rebuf. in l. cum te, nu. 2. & in addi. ad ipſum, de decu. li. x. Et quo l'r cõgregetur, uide ibidem nu. 4. & in addi. Ang. cõſ. 66. & Ro. ſin. 759. i c. citatio facta collegio. &c.

ANT. FRAN.

An & qñ abſẽtes ſint inqrẽdi, & qñ dicant̃ ltimè uocati & requiſiti ad actum collegij, ut uniuerſitatis faciẽdæ, uide no. gl. ĩ c. pſentiũ, de teſt. & in c. cũ i eccleſijs, de pb. li. 6. & p gl. in c. cũ oẽs, de ꝯſt. & no. in c. 2. đ no. ope. nun. & ẽ bona gl. in c. q̃uis, đ off. or. li. 6. & no. in c. 1. de his, q̃ fi. à ma. ptec. & utrũ abſentes ſint uocãdi, qñ capl̃m uel collegiũ vult facer̃ ſtat. uide no. gl. in c. 2. de his, q fi. à ma. par. c. & p Bar. in l. oẽs ppl'i, ff. đ iu. & iu. & no. do. i d. c. cũ oẽs. Et add̃ q̃ abſentes citati ad electionẽ, ut cõpareant in certo termino, ñ dẽnt expectari p totã dilationẽ, ſed p modicũ ſpatiũ tp̃is, ut habet̃ p In. & Hoſ. in c. cũ nobis, e. ti. de ele. Et adde, qđ abſens dr̃ eſſe ille, q̃ hẽt ꝯ. cõtinẽtia ædificia urbis, ut in l. abſent̃, ff. de uer. ſig. & in l. pñs, ff. de ꝓc. & q̃ ñ eſt in eadẽ ꝓuincia, ut l. fi. C. de pſc. lõ. tẽ. & habet̃ in §. pſcriptionũ, & in c. placuit. 16. q. 3. & ĩ c. ubi piculũ, in §. 1. & in c. cãm, đ ele. li. 6.

d Retractari. Adde Alex. conſ. 1. 4. li.

e SEB. SAPIA. Sepultura Prælati. Vide Bar. in l. poſt ſuſceptã, ff. de excu. ubi ur̃ declarare non procedere, qñ Ep̃s eſt tali morbo cõphenſus, ut factus ſit prorſus inutilis. Nã tũc eo ẽt uiuente poſſit fieri electio de altero, qđ no. Inn. in c. licet Heli. de ſym. uide Fir. in trac. de Ep̃o. li. 1. in 1. par. q̃onis. 3. ubi refert, q̃ Veneti uidẽtes Frãc. Foſcari Ducẽ tali ſenio cõfectũ, ut eſſet inutilis, aliũ ſibi Ducẽ creauerũt; qua pp p dolore mortu' eſt Frãciſcus, ut ipſe refert ibi. Etiã ponit quod ñ facta eſt electio de uno, cũ eſſet fama, q̃ Ep̃s erat mortu'.

f ANT. FRAN. Vxore. Ad iſtud, an uxor đ neceſſitate itra annũ luct'

propter mortem mariti debeat abſtinere ab alio matrimonio, dicas, ꝙ abſque dubio, ſi nubat, ualet matrimonium, ꝑꝑ authoritatem Apoſtol. de qua in c. pe. & fi. de ſec. nup. hic alle. tñ non euitat pœnas legales, maximè in ꝑdendo lucrum, quod ipſa conſequeretur, ſi non nuberet intra annũ luctus. Et ꝗ conſiſtunt in damno alterius, de qbꝰ

ſarium, ut in c. pe. & ul. de ſec. nu. Et qñq; eſt utile ſtatim poſt mortem, puta ſi canonici timent impreſſionem principis. Et ꝑ hoc pt cõcludi, ꝙ potius ualebit collatio beneficii facta rectore defuncto, nondum a
tradito ſepulturæ, cum iſti rectores ñ dicant propriè ꝯhere mrimonium ſpũale, ut no. in c. qa ꝑꝑ. ĵ. e. & dixi in c. clerici. ĵ. de ui. & ho. clec. unde non eſt tñ uinculũ inter eos & ecclas ſuas, ſicut inter Epm & ecclam ſuã cathedralẽ; facit c. reqſiſti, det eſta. hæc ꝓcedunt, cũ qrit de tractatu electionis poſt mortẽ ꝓlati añ ſepulturã
fiẽdã.† Sed dubium eſt nunqd poſſit fieri
12 tractatus electionis ante mortẽ ꝓlati, co forte in extremis agẽte; & in hoc ꝯtingit dubitari de pluribus. primò nunqd licitè poſſit hri tractatus. Secundò, ꝑſuppoſito ꝙ non; nunqd electio contingens poſteà ex tali tractatu ſit nulla, uel annullanda? Tertiò, nunqd canonici tractãtes, & ꝑ ſertim ſe obligãtes ad electionẽ certę ꝑſonę faciẽdã, ſint ipſo ſcõ priuati ꝑtãte eligẽdi? Hæc tria in effectu ꝑ multa uerba tractat hic Inn. Sed tu ꝯclude breuiter poſt eũ, ꝙ tractatus deliberatorius, ſeu diffinitoriꝰ, eſt oĩno illicitus añ mortẽ ꝓlati, nõ ſolũ qñ ꝯcluderent electores ꝑinter ſe de certa ꝑſona eligenda: ſed ẽt qñ ordinarent aliqua ſpectãtia ad electionẽ futurã; ut puta, ſi eligerent locũ electionis fiẽdę: ut citarẽ ẽt abſentes. hęc. n. ordinatio & ſimilis, eſt prohibita à iure, ut hic in fi. & 79. di. in c. 2. & idẽ dic ſm Inn. & Hoſ. de oĩ tractatu ambitioſo conuentionali, pactionali, uel conditionali, uel alr in honeſto: ſed tractatus ꝯſultorius, ñ eſt prohibitus à iure, 5
ẽt ſi aliqs dicat, ꝙ talis ꝑſona eſſet hone 5
ſta ad iſtã ꝓlaturã, & aliis perſuaderet, ut ipſam eligerent: ñ tñ dẽnt oĩno delibera 1
re. Et ſm hoc pt intelligi. c. ſi trãſitus. 79. diſt. ubi probat, ꝙ uiuente ẽt papa poteſt haberi tractatus conſultorius de ſubſtitutione ſummi põtificis; & uide ſpecialr in. Pa. bo. tex. in c. in noĩe dñi. 23. di. & oĩno qđ dixi in c. licet. ĵ. e. Ad ſm, an electio facta poſt mortem ꝓlati, poſt tñ tractatum habitum in uita ꝓlati, ſit nulla; concludit Inn. ꝙ nõ: quia hoc ñ reperit iure cautũ, ſed dẽt annullari, ſi fuit facta de illo, pro quo ꝓceſſit tractatus diffinitorius; uel ſi ꝓceſſit ordinatio in uita ꝓlati: qa reperitur 2
facta ꝯ iuris diſpoſitionẽ, ut hic & i d. c. 1. Et ꝑ hoc rñdet ad tertiũ. non. n. ſunt electores priuati ꝑꝑ illum tractatum, cũ hoc non caueẽ iure: ſed ſunt puniendi: qa ege b
runt rem illicitã: quinimo, ſi receſſiſſent à 3
priori tractatu, ſeu à priorib' obligationibꝰ, & elegiſſent debitẽ aliã ꝑſonã, ñ eſſet talis electio retractanda; licet ipſi poſſent puniri ex eo, qđ elegerunt ꝯ ius, ut in c. 2.
13 de ma. & obe. ¶ Quid aũt de electione ſcã de eo, q qſiuit eã per ambitionem, ſeu ſe-

habet in l. hac edictali, & in l. fęminę, C. de ſec. nupt. & ibi ꝑ Bal. & Sal. plenè no. Canoniſtę i d. c. ſi. đ ſe. nu.

a Sibi tutum. Adde Oldr. conſ. 43. Adde ꝙ ẽt citatus ad locũ peſtiferũ, ñ teneẽ cõparere, ut ꝯſuluit do. Pet. & Phi. Cornꝰ de Peruſia in ꝯſ 131. § 2. co. ubi ẽt, in 4. uol. Aen. de Falc. ANT. FRAN.
Vtrum qs citatꝰ ad locũ nõ tutum arctet ad ueniẽdũ ex tali citatiõe, ul tra ea q habeñ in cle. paſtoralis, in glo. in uerb. notoriũ, de re iudi. ubi concludit, ꝙ talis citatio nõ arctat; uide no. in c. ex ꝑte, de appel. Et per Spe. in tit. de cita. in §. 1. in uer. item ꝙ citatio. & habetur per Bar. in l. recuſare, in §. filius, ff. ad Trebel. & in l. ſemper, ff. ſi quis in ius uoc. non ie. Et uide Archid. 5. q. 2. in c. ſi primates, & gloſ. 3. q. 8. c. indices, & Inn. in ca. prætereà, de dila. ubi dr, ꝙ citatio aliter facta, ꝗ fieri debeat, nõ arctat citatum. Et an citatus excuſetur, ſi in loco, ad quẽ citaẽ, eſt peſtilẽtia; habeẽ ꝑ gl & do. in c. a ſi dilecti, de do. & cont. Et dicit Bar. ꝙ ſic, in ꝑall. §. filius & in pall. l. ſemper. Et uide glo. in c. cõis. 23. diſt. & in c. quorundam. 77. di. & no. ibi etiam ꝑ gl. in c. ad ſupplicationẽ, de re. nun. & habetur in præalleg. c. ex parte, de appel.

b In Abbatem. Adde, quòd poteſt eligi ad prioratũ manualem, ut conſuluit Fe. cõſ. 238. & dicit ẽt eſſe arbitrarium ꝙ eligat in Abbatem; alleg. Io. An. hic.

ditionem? uide in papa, quod habetur in d. c. in noĩe dñi, & quod dixi in d. c. licet. In alio uerò talis electio ſaltẽ eſt retractanda ꝑꝑ uitiũ ambitionis ꝓcedentis, ut in c. in ſcriptu
14 ris. 8. q. 1. † In gl. ſi. ibi: *etiam ut alleget priuilegium*. no. gl. & uide aliã gl. latiorem in c. ueniens, de acc. & 3. q. 2. ſi eps; & intellige gl. qñ notorie cõſtat citationem eſſe temerariã: aut qa citatio in ſe cõtinet aliquid iniuſtum: aut quia notoriũ eſt citationẽ alis iniuſtã; licet in ſe non ꝯtineat iniuſtitiã; & uide gl. iũcto tex. in cle. paſtoralis, in §. Piſana, de re iud. q dicit, ꝙ ſi qs citaẽ ad locũ notoriè nõ ſibi tutũ, ᵃ nõ teneẽ cõparere, nec excuſatorẽ mittere. Et gñaliter circa iſtã mam uide ꝑ Inn. in c. 2. de dila. ubi dixi. & ꝑ Ioan. An. in regula, ſciẽti. in Mercu. Extra gl. q̃rogd intendat lra, dũ dicit: *in pœnã interdicentes eidem contradictionis uocem*. Soluti. dicunt aliqui, ut Vin. ꝙ nõ poterit iſte canonicus opponere ꝯ formã, ſi caplm in primo cõſenſu noluerit ꝑdurare. i. de nouo eligere illũ Archipresbyterũ Sed contra ꝑſonã poterit obiicere. Nam & cõpromittentes pñt opponere contra ꝑſonam electã a cõpromiſſariis, ut in c. cãm, ſ. eo. Sed Inn. dicit ꝙ nõ poterit iſte obiicere cõtra perſonã, nec ẽt contra formam: qa ꝓſumitur malo zelo cõtradicere. Alii aliter. Sed opi. In no. ſatis uẽ conuenire lræ: non tñ puto in hoc ſtandum: quia licet papa iſtud prouiderit in negotio iſtius electiõis: nõ tñ uẽ hoc extendendũ ad alias electiones. Secũdò ꝯ hæc, & ꝯ tex. opp. uideẽ enim ꝙ ex quo electio Archipresbyteri fuit reprobata, qđ nõ proſit ꝙ caplm duret in 1. cõſenſu. Oportet. n. ut electio fiat ſeruata forma, ut in c. qa ꝓpter, ĵ. e. ad cuius obſeruantiam requirit factum. Solu. ſtandum eſt ꝯrio, ut non ſufficiat primus conſenſus, cũ ille fuerit illicitus ſm docto. & tex. debet intelligi de primo conſenſu. ſ. in effectu. Dicuntur enim canonici perdurare in primo conſenſu, ſi de nouo iterum eligunt illum Archipresbyterum. Abbas.

SVMMARIVM.

Abbas alicuius monaſterij non debet quis creari: niſi primò fuerit monachus & profeſſus. 2.

Monachus non debet quis fieri, ut poſteà creetur Abbas.

Clericus qs non dẽt fieri ſub ſpe habẽdi bñficia; qa cõmittit ſimoniã ſaltem mentaliter; licet ꝑ hoc nõ ꝑderet beneficia; niſi ab initio ꝓceſſerit pactum de adipiſcendo officium Abbatis, vel beneficia.

Simoniaca collatio non tenet.

Monachi ꝓfis habere dignitates ſeculares curatas, ſe nõ curatas non.

Nulla, iſta uniuerſalis negatiua, excludit oẽs actus, qbus adhæret.

CAP. XXXVII.

CVm ad noſtram. Non † monachus in ꝓlatũ regularẽ eligi nõ põt. Primo ponit factũ. Secũdò caſſat, ibi, nos. Caſus lralis. Quidã ſimul factus fuit monachus & Abbas, q tñ debuerat antẽ eſſe monachus, quã Abbas. ꝑuenit hoc ad notitiã dñi Papæ. papa uidẽs, ꝙ ꝯ regulares traditiones, hoc fuerat attentatũ, electionẽ de ipſo factã caſſauit: qa nemo debet monachari ſpem hñs, vel ꝓmiſſionẽ, ꝙ Abbas fiat. Ber. No. 1. ibi: *agerebas*, modũ & practicã faciẽdi cõmemorationẽ de aliquo intruſo. Non. n. debet nũcupari prælatus alicuius loci, ne uideaẽ iſte ꝓnuntiãs in eũ cõſentire, arg. c. ex ore, de his, q fi. à ma. par. cap. ſed dẽt dicere, ꝙ gerit ſe ꝓ tali prelato. † No. 2. ꝙ clericus ſecularis nõ põt eligi in Abbatẽ. Oportet. n. ꝙ tẽpe electionis ſit monachus: quinimo nõ ſufficit ꝙ ſit monachus, niſi ſit inſtructus cõpetenter in regula monachali; ideò nouiter ꝓfeſſus ñ põt eligi in abbatẽᵇ. ĵ. c. ꝓxi. & in hoc ultimo plurimũ in diuerſis partibus exceditẽ. † No. 3. & tene menti ꝙ nemo dẽt effici monachus cum ea fiducia & ſpe, ut ꝓmoueaẽ in Abbatẽ. nã uẽ tunc monachari, nõ ꝑꝑ Deum, ſed propter honorem ex cã quæſtus. Hæc uerba habentur 16. q. 8. per laicos. Et idem dic de clerico ſeculari. nã recipiens ordinẽ propter beneficia cõſequenda, committit ſimoniam ſaltẽ mentalem: quia intendit ſeruire Deo propter utilitatẽ beneficiorum, ad qđ uide bo. gl. 74. di.

74.di.c.ꝯſuluit. An ãt adepti bñficia & dignitates hac ambi
tiõe ꝓcedẽte teneanẽ in foro aĩæ reſignare illa bñficia, quaſi
iuſtè nõ adepta; dic ꝙ nõ: ſed tenenẽ ſatisfacere deo ꝑ pęni-
tẽtiã, ut ꝓbaẽ in c.fi. j.de ſimo. cũ ſimonia mẽtalis nõ obli-
get quẽ ad reſignationẽ bñficiorũ, ſed aliter Deo ſatisfaciẽ
dũ ꝑ pñiam. ſecus dic ubi ꝓceſsiſſet pactũ; puta qa dixit, No
a lo monachari,[a] niſi ꝓmittas me eligere in abbatẽ: uel faceẽ
priorẽ: uel nolo ordinari, niſi ꝓmmittas mihi cõferre tale
bñficiũ. Nã tũc intercedit ſimonia exꝑſſa. Vñ obligaẽ ad re-
nũciãdũ, ut in d.c.fi. & qđ ibi no. qnimo poſſet attẽtari, ꝙ ta
lis collatio, ſeu electio ſit nulla: qa collatio ſimoniacè facta
nõ tenet, ar. 1.q.1.c. ordinationes. No. in c.cũ uniuerſorũ, de
re.ꝑmu. Adde ad ꝓdicta gl. in c.qđ interrogaſti. 27.di. q̃ di-
cit, ꝙ ſi aliqs fit monachus ad hoc, ut poſsit fieri Abb. nihilo
b minus remanet[b] monachus; licet ficta & non ſyncera fuerit
eius intẽtio. fuit.n. ſimulatio ob inhoneſtã cãm; ideo nõ ex-
cuſat. In gl. ibi: *clericus ſeu ſecularis* ꝑt eligi in Abbatẽ. an aũt
poſsit poſtulari? Io. An. ꝙ ſic. Sed in ꝯ̃riũ facit gl. j. c. ꝓx. Sed
tu uide qđ plenè dixi in c.cũ monaſteriũ, s̃.e. & dic ut ibi; &
aliqd dicã in c.ſeq. In ea.gl. ibi: *& ibi ſolui cõtrariũ*, dic ut ibi
4 no.† In ea.gl. ibi: *eos eligunt ad ſua officia*. Intellige de officiis
curatis. nã religioſi nõ pñt habere bñficia ſecularia nõ cura-
ta, ut in c.ſup, & qđ ibi not. de reg. Sed bñficia & dignitates
c curatas pñt habere,[c] ut ĩ c.ꝙ Dei timorẽ, de ſta.reg. & uide
qđ ibi plenè dixi; & hoc cõtingit ꝑꝑ exercitiũ curæ, & offi-
ciũ ꝓdicãdi, qđ eſt ualde priuilegiatũ, ut in d.c.qđ Dei timo
rẽ. Et licet aliq dicãt hic, qđ deferẽ in hoc religioni, ut reli
gioſi poſsint aſſumi ad officia ſecularia, & nõ eꝯ: dic tñ me-
lius, ut ꝓdixi, ꝙ iſtud nõ fit fauore religionis: ſed qa clerici ſe
culares nõ ſunt experti regulã monachalẽ; nec de facili põt
inexpertus experiri & inſtrui. Ideò nõ ꝑt eligi in ꝓlatũ regu
larẽ: ſed religioſus de facili ꝑt inſtrui in uita & morib. cleri
corũ ſeculariũ: qa inſtructus in ſtrictiori de facili inſtruiẽ in
5 laxiori, & nõ eꝯ, ut dixit Hoſ. j.c.ꝓx.† In gl.2. no. bñ iſtã gl.
ꝙ ſcđaria ſpes in bñficiis cõſequẽdis, nõ reprobaẽ in ordinã
do, ſeu monachãdo, quaſi principaľr dẽat qs duci, ut ſeruiat
Deo. Et cõſimilẽ gl. habes in c.qđ ꝓderit. 61.di. & in c.ꝑ lai
cos. 16.q.7. ſed aliq tenẽt opi. ut ſentit Arc. in d. c. ꝑ laicos;
& optimè facit iſte tex. ꝓ ꝯ̃ria opi. ibi. nullã ſpẽ, &c. Vñ põde
d ra illã dictionẽ uľem negatiuã.[d] uẽ.n. excludere oẽm ſpẽ tã
principalẽ, q̃ ſcđariã, ut in c. ſolitæ, de maio. & obe. & 19.di.
c.ſi Romanorũ. Hoſ. hic primò ſup tex. intellexit de ſpe, ꝓue
niẽte ex pacto, uel ex pollicitatiõe, cui ꝯſenſit iſte monachã
dus, ſeu ordinãdus. Et pollicitatio eſt ꝓmiſsio ab uno facta:
pactũ uerò ẽ duorũ ꝯſenſus, ut in l.pactũ, ff. de polli. Sed poſt
diſtinxit, ꝙ aut uacat Abbatia; & tũc nõ eſt licitũ hẽre aliq̃
ſpẽ, ut fiat Ab. ſecus ſi nõ uacat. Nã tũc ꝑt hẽre ſpẽ, ut nõ ho-
noreẽ, ſed ut onereẽ. i. ut poſsit ꝓlaturæ ꝓdeſſe, & aliis: non
ãt deſyderare & hẽre ſpẽ, ut ꝓſit aliis, ut in c. qui epatum. 8.
q.1. & contra diſtinctionẽ gl. adducit Hoſt. c. fi. de ſimo. Sa-
tis põt dici, ꝙ nullã ſpem debet ordinandus, ſeu monachan
dus habere, ut aliis pręſit; & ſic ꝑꝑ honores ſeculi, uel ꝓpter
diuitias. Ad hoc c.fi. 40. diſ. ubi bonus tex. & hic. Et dũ dicit
nullã ſpẽ, ut poſsit ſibi ꝓdeſſe; ita, ꝙ ſperat potius ꝑꝑ bonũ
publicũ; tũc talis ſpes nõ uẽ dãnata, ut in d.c. qui epatũ. Ab.

SVMMARIVM.

1. *Abbas debet creari de ſuo ordine, uel de alieno, ſi expediẽs erit.* 4.
2. *Impubes non poteſt fieri monachus.*
Patria poteſtas ſoluitur per ingreſſum religionis.
4. *Electus & caſſatus propter defectum temporalem, poteſt defectu ceſſante iterum eligi: ſecus ſi fuit caſſatus propter crimen.*
5. *Legatus non poteſt committere cauſam ſimpliciter, & de plano: quia non poteſt tollere ſubſtantialia iuris.*
6. *Excommunicatus obligatur monaſterio ex profeſsione ſua.*
7. *Monachus quis non poteſt creari in illo monaſterio, in quo pro tunc non eſt Abbas.*
Abbate mortuo, an poteſtas tranſeat in capitulum?

CAP. XXXVIII.

Officij. In abba. eligi non ꝑt,
niſi inſtructus in regu
la monachali. Cõmunis diuiſio.
Secũda ibi: *nos aũt*. Caſus lr̃alis.
Vacãte monaſterio poſito ĩ medio natio
nis ꝑuerſæ, monachi cũ nõ poſsẽt ſui or-
dinis ꝑſonã idoneã inuenire, ꝑ q̃ poſſet
monaſteriũ gubernari; ĩ quẽdã nobilẽ &
diſcretũ oculos extẽderũt, ꝑ quẽ poterãt
meli⁹ diſſenſari: & acceſſerũt ad pr̃em ip-
ſius humiliter poſtulãtes ab ipſo, ut filiũ
ſuũ induceret, q̃ten⁹ habitũ ſuſciperet mo
nachalẽ, nullã ſpẽ dãtes pr̃i de ipſi⁹ ꝓmo a
tione. & pr̃ ad hoc filiũ ſuũ induxit, q mo
nachus factus ſtatim fuit in Abbatẽ elect⁹
cuius electio cõfirmata fuit ꝑ legatũ Apo
ſto. ſedis. Dubitauit legat⁹ ſucceſſor illi⁹,
q illã electionẽ ꝯfirmauit, an talis electio
ualuerit, cũ dictus Ab. paratus ſit purgare
ſe, ꝙ ad hoc nulla fuit ambitiõe inductus;
petẽs a ꝑꝑ utrũ dictus legat⁹ electionẽ po
tuerit ꝯfirmare, uel diſpẽſare cũ ipſo; & ſi
electio ipſa ſit caſſãda, utrũ iterũ poſsit e-
ligi in Abbatẽ. Rñdet Papa, ꝙ ex his, quę
incõtinẽti ſunt acta, oſtẽdiẽ, ꝙ talis eligi
nõ potuit in Abbatẽ. & ideò Papa electio b
nẽ illã decreuit irritã & inanẽ: qa pri⁹ uo
luit eẽ magiſter, q̃ diſcipul⁹. ſed poſtq̃ fue
rit in r̃la cõpetẽter inſtruct⁹, ſi neceſsitas
& utilitas poſtulauerint; poterit ĩ abbatẽ
aſſumi, ne monaſteriũ opprimaẽ incurſib.
malignorũ, pri⁹ tñ ab ipſo purgatiõe rece
1 pta. Ber.† No. ibi: *cũ non poſsẽt ſui ordinis*, ꝙ
primò eligẽdus eſt Ab. ex ꝓpria cõgrega c
c tiõe,[c] in defectũ ãt ꝑt eligi de alieno mo
naſterio; ad qđ uide tex. exꝑſsũ. ĩ c.q̃ ſit 18 d
q.2. pñt tñ monachi illi fauori renũtiare,
& ſibi eligere de alieno monaſterio, quẽ-
admodũ clerici ſeculares; de qb. uide tex.
2 iũcta gl. in c.cũ inter canonicos. s̃.e.† No.
1. ꝙ filius ꝑt a pr̃e poſtulari, ut efficiaẽ mo e
nachus. Dic tñ, ꝙ pr̃ nõ ꝑt filiũ puberẽ inui
f tũ[f] tradere monaſterio, ut ĩ c.cũ ſimus, &
qđ ibi no. j. de reg. Itẽ filius ꝑt inuito pr̃e
intrare monaſteriũ, ex quo pubes ẽ. Nã ꝑ
ĩgreſsũ monaſterii ſoluiẽ pr̃ia ptãs, ut no.
gl. in c.1. 20.q.2. & in l.ſi ex cã, ff. đ mino.
Et ad mãm uide qđ no. Inn. in c.2. j. đ re. f
g No.3. ꝙ ꝓſumptio[g] eſt ꝯ ea q̃ incõtinenti
fiũt. uñ ſtatim poſt monachationẽ elect⁹
in ꝓlatũ, ꝓſumiẽ ambitione ꝓlaturæ indu
h ctus, & ad hoc ſolet allegari iſte tex.[h] No.
ꝯ̃ momẽtaneos magiſtros. nã dẽt qs eſſe g
prius diſcipulus, ad hoc. 16.q.1. in c.ſi cle
ricatus & c.ſic uiue. ubi tex. no. No. ibi *pur
gatione* recepta, & tene mẽti, ꝙ induct⁹ am
bitione ꝓlaturæ ad monachatũ, uel cleri
catũ, ñ ꝑt de iure eligi ad aliq̃ ꝓlaturã. Nã
ꝑꝑ nõ patiẽ hic iſtũ aſſumi in Abbatẽ, niſi
prius ſe purgauerit, ꝙ ambitiõe ꝓlaturę ñ
fuit inductus ad monachatũ. Et neſcio ali
bi ita bo. tex. fa. 8.q.1.c.ĩ ſcripturis, ubi dr̃
ꝙ fugiẽtib. & ñ deſiderãtib. ꝯferẽdæ ſunt h
3 dignitates.† Vlt. no. & tene mẽti, ꝙ repro
bata electione alicuius ꝑꝑ ĩpedimẽtũ, ſeu
defectũ tꝑalẽ, ꝑt illo defectu ceſsãte, iterũ
eligi ad eãdẽ ꝓlaturã; fac. qđ le. & no. ĩ c.

SEB. SAPIA.
a Nolo monachari. uide Abb. in c. pe. in gl. fi. j. de no to, cum allegatis per do. Iaſ. in authen. ingreſsi, co. 7. C. de ſacr. ſan. eccle. uide Bal. in l. ab Anaſtaſio, C. manda. ubi dicit pręlatum committere ſimoniam, ſi ſi poſt promotionem donat ꝓmotori.

SEB. SAPIA.
b Remanet monachus. Facit quod dicit Abb. in c. in noſtra, col. 2. j. de ſepul. ubi dicit, ꝙ ſi quis blandis uerbis allicit aliquẽ ad ſeruiẽdũ Deo, eſt bonus dolus.

c Poſſunt habere. Adde Iod. conſil. 129.

d Negatiuam. Vide Corneũ in cõſ. 70. in 1. uol. in pe. col. uerſic. & illa. Aenæas Fal.

SEB. SAPIA.
e Congregatione. Vide Abb. in c. ne nimia, de relig. do mi. & in c. cum ue nerabilis, s̃. de cõ ſue. & not. in c.a. ſi abbatem, de electio. lib. 1.

f Inuitum. Adde And. Sicu. conſil. 60. & uide qđ uo luit Cal. conſi. 1. q cleric. uel non: n.

SEB. SAPIA.
g Præſumptio uide Barto. in l. poſt contractum, ff. de don. & adde ꝙ ex facti præcipitatio ne dolus præſumi tur. §, ſed aliud. 5. q. 5. de quo ꝑ An. Sicu. in conſ. 1. co lum. 40. uer. præte reà. eſt aduertendum, in 1. uolu.

h Iſte tex. Adde Fe de. conſi. 258.

a Prædicar. Adde Old. cōſ. 228. & uide q̄d uoluit cōſ. 65. ultra mediū. ANT. FRA. Ad hanc mam, ꝙ ꝓdicare populo uerbū Dei ſit ꝓpriè officiū curæ; uide no. gl. in cle. ut ꝓfeſſores, de regula. & q̄d not. do. in c. q̄d Dei timorē, de ſta. reg. & q̄d nn. ꝑ Hoſt. & Io. An. in c. excōicamus, in §. q̄ a uerò, de hæret. Et an ꝓlatus teneat̃ ꝓdicar̃, hr̃ in c. Inter cætera, de of. ord. & in c. ſit rector, cū ſe. 43. di. Et qui pñt ꝓdicare & qui nō, uide bo. gl. 16. q. 1. ca. adijcimus. & uide gl. ſummę. 92. di. Et aduerte, q̄ Inn. in c. excōicamus, i §. ſi uerò, de hære. dicit q̄d magiſtri in Theologia hñt a iure licētiā ꝓdicādi: hñt tñ ſm̄ eum neceſſe hr̃e licentiā ab ep̄o loci. & uide latè ꝑ d. Car. in cle. dudū, in 6. q. de ſepul. ubi latè tractat, q̄ poſsint ꝓdicare, & qui poſsit dare licentiā ꝓdicādi, hr̃ in ꝓal. cle. dudū, in §. i eccleſiis, & ibi ꝑ Paul. de Ca. & uide Inn. in d. c. excōicam⁹. §. ſi uerò. ubi dicit. ꝙ īferior ep̄o niſi hoc habeat ex priuilegio, nō pōt dare licētiā. & q̄s poſsit dare licētiā ꝓdicandi in parochia aliena, hr̃ ēt in locis ꝓal. & uide gl. in c. 1. de re li. domi. li. 6. Et adde ꝙ officiū prędicandi eſt gñaliter omnib. laicis interdic. ut in c. cū ex iniūcto, & in c. ſicut, de hæreti. & adde, ꝙ ꝓdicator ab oī uitiorū incētiuo ꝓſtare ſe dēt, alienū, ut in c. ſexto dic. 45. di. & ꝓdicatores ſacris literis ſemꝑ debent inſiſtere, ne tūc q̄rant addiſcere, q̄ alios ex officio debēt docere. 36. diſ. in c. ecce. imo prædicatores maximè debent cauere ignorantiam, q̄ cunctorū errorum eſt mater. 28. di. in c. ignorantia. & q̄ certani in ꝓditatore uerbi dei, & quas cōditiones dēt hr̃e, hr̃ ī c. ſit rector. c. 43. di. & hr̃ in ſumma Piſana, ī uer. ꝓdicator in §. ꝓdicator dēt hr̃e. Et adde, ꝙ exiſtēs in pc̄tō mortali ꝓdicās, dr̃ mortaliter peccare, ſm̄ Tho. in 4. ſent. di. 19. Et an liceat ꝓdicatori accipere mercedē ꝓ ꝓdicatione, uide gl. 86. di. cū multa. & utrū peccet recipiendo, hr̃ per Tho. in q. de quolibet q. 2. ar. 12. & in 4. q. 25. ar. 12. Et adde, ꝙ ꝓdicatio uerbi Dei plus ꝓficit ad ſalutē, q̄ euchariſtia, ut ē gl. ī c. interrogo 1. q. 1. & hr̃ i ꝓal. c. inter cætera, de of. oc. & an religioſis licitū ſit ꝓdicare, uide be. Tho. 2. 2. q. 187. ar. 1.

b A ſolo Papa. Sed quis facit expenſas, cum poſtulantur ab uno monaſterio ad aliud, uide Cal. conſ. 13. de ſta. reg. & quis facit expenſas cum pauper de ordine mendicantium poſtulatur, uide Old. conſ. 27.

cum inter canonicos, ſ. e. Secus dic, ut reprobaretur electio ꝓꝑ crimen, ut in c. ſuper. e. ſ. e. & dic ut ibi. In gl. 1. ibi: *ꝓꝑ officiū ꝓdicādi.* hoc ideò dicit gl. q̄a de iur̃ cōi habentes curā aīarum, habēt offm̄ ꝓdicādi, 5 ut ſunt ep̄i & alii rectores eccleſiarū curatarū; ad hoc. c. cū ex iniuncto. ī. de hære. & quod no. in cle. 1. de reg. Vñ fratres mēdicātes pñt hodie ꝓdicare,[a] nō de iure cōi, ſed ex priuilegio eis tributo, ut in cle. dudū, de ſepul. Vñ alii religioſi, q̄ non ſunt priuilegiati, non pñt ꝓdicare; niſi hērent eccl̃ias curatas. 16. q. 1. c. monachus, & in c. ſunt nonnulli, & c. doctos. Hoſ. tñ addit aliā rōnē: q̄a facili⁹ monachi pñt inſtrui in uita clericorum, q̄ clerici in uita monachorū, ut dixi in c. ꝓcedenti. Præterea dic, ꝙ clericus ſecularis ur̃ monachari nō ꝓꝑ deū, ſed ꝓꝑ ꝓlaturam ad q̄ eſt electus; q̄d nō cōtingit in monacho, q̄ iā clericus eſt; nec oportet, ut aliquis agat ut ꝓlatus fiat.
4 †In ea. gl. ibi: *poſtulari* in Abbatē, aduerte, q̄a gl. hic ur̃ uelle, ꝙ cleric⁹ ſecularis ī ab. nō poſsit poſtulari: ſed iſtud non ꝓhibet hic, cū tex. reprobet electionē, nō āt poſtulationē. uñ ſentit Io. An. hic, & clarius in c. ꝓcedēti, ꝙ cleric⁹ ſecularis poſsit poſtulari in abbatē; licet eligi nō poſsit. Q̄d ēt tenuit Inn. in d. c. cū monaſteriū; & dic, ut ibi plenè dixi. Dic tñ, ꝙ talis poſtulō nō ꝑt admitti per aliū citra papā, ad hoc uide bo. gl. no. ī cle. 1. e. ti. ubi gl. uult, ꝙ hō alterius ꝓfeſsionis uel habitus nō ꝑt poſtulari in abbatē, niſi a ſolo papa.[b] Idem ergo dicēdū de clerico ſeculari; quod ēt ſentit Io. An. in Sp. in tit. de le. in §. cōſequēter, in prin. licet Cōp. hic ſentiat ɔ̄riū, dicēs, ꝙ legatus Cardinalis in hoc ꝑt diſpēſar̃, cū nō uideat̃ iſtud de reſeruatis papæ, de q̄b. in c. ꝙ trāſlationē, de of. lega. Et ad iſtum tex. rñdet, ꝙ non ꝓhibet diſpēſationē: q̄a iſte legatus nō diſpenſauit, ſed electionē cōfirmauit. Sed primū dictū plus mihi placet. Nā cōſultatio hęc fuit facta nō ſolū reſpectu cōfirmationis: ſed ēt fuit q̄ſitū, nunq̄d potuerit legat⁹ diſpēſare. Et q̄q̄ papa ad iſtā q̄ōnē nō rñdeat explicitè: ſatis tñ rñdet tacitè, cū noluerit iſtā admitti, niſi 6 i. fuerit inſtructus in r̃la. ꝓterea diſpenſatio nō ur̃ cōceſſa niſi in actib. exꝓſsis, cū ꝑ 7 eā uulnerent̃ iura, ut in c. dilectus, de tēp. or. ergo nec legatus poſt diſpēſare hoc ca

ZACHARIAS. Adde tu quod dixi in addi. ad iſtum in c. bonæ, lo. ī. in uer. ſtipendio, nu. 16. ſ. de poſtu. Præla.

c ZACHAR. Simpl̃r & de plano dic, ꝙ nec ēt legatus a latere, aut alius a Papa, uel principe inferior. not. plenè Car. in cle. 2. q. 38. & ſeq. de iudi. gl. i c. fi. in uer. figura, de hær. li. 6. & Zaba. in cle. ſæpe. q. 11. i pri. & ī §. oia, de uer. ſi. & Pa. de Ca. cōſ. 94. Lāf. de Oria. in c. q̄m ɔ̄, i pri. & q̄d ibi no. in apo. no. ad eū nu. 13. ī. d̄ ꝓba. Hip. d̄ Mar. ſin. 102. ici. cl̃a, ſūma.

ANT. FRANC. Verū īferiora principe, ēt ſi ſit legat⁹ de latere, poſs. cōmittere cām cū cl̃a; ut cognoſcat ſummariè & ſine ſtrepitu & figura iudicij; uidēdu eſt ꝑ d. Car. in cle. 2. de iudi. q. 38. & ſe. & ꝑ gl. i c. fi. i uerbo, figura, de hær. in 6. & ꝑ Pa. d̄ Ca. in cōſ. ſuo. 94. i q̄bus locis cōcludit ꝙ nō, q̄a tales cl̃ę ꝑ iferiorē a principe apponi nō pñt in reſcripto. & hr̃ ēt ꝑ Sp. ī tit. de ad nn. i §. ɔſequēter, i uer ſtudeāt inſup. cui⁹ tñ effect⁹ ſint tales cl̃æ ple. hr̃ ī cle. ſæpe, de uer. ſi. & ꝑ Sp. in ti. de inq̄ſiti. in §. nūc tractemus, in uer. q̄d igit. & ꝑ Bar. ī extraua. ad repri. in uerbo, ſine figura. & hr̃ ꝑ Ol. in cōſ. 115. & ꝑ Bal. in l. iudices, C. de iud. & ꝑ Io. de Imo. in ca. dilecti, de iudi. dñt tñ dñi de Rota in deciſio. 35. & 388. ꝙ q̄uis cā cōmittat, ut ſummariè ꝓcedat̃: tñ debēt ſeruari termini ſubſtātiales; licet illi poſsint abbreuiari, quod eſt notendum.

d Tollere ſubſtantialia. Adde ꝑ eundem conſi. 66.

e Excōicatus obligetur. Adde Cal. conſi. 12. de reg. ANT. FRAN. Circā hoc, an excommunicatus obligetur religioni, & poſsit monachari, uide Bald. in l. ſub prætextu, C. de ſac. ſan. eccle. & uide Inn. in c. cùm illorum, de ſenten. excommuni. & an poſsit contrahere matrimonium carnale, habetur in c. ſignificaſti, de eo, qui du. in mat. quam pol. per adul. & in c. ſi uerò, de ſen. exc. ubi probatur, ꝙ ſic; & etiam alios contractus facere. de quo per d. Car. in c. ueritatis, de do. & contu. & c. ſignificaſti, qui matri. ac. po. & in cle. 1. de priui. & per Spe. in ti. de ſponſa. in §. 1. uer. ſed nunquid, & per gl. in c. nullus, de conſe. di. 4. & per Arch. 95. di. in c. illud, & 28. q. 1. in c. non oportet. Et an poſsit facere eleemoſynam, uel ſoluere decimas, aut oblationes; habetur pe c Inn. in c. cum uoluntate, de ſen. exc. & no. in c. ex tranſmiſſa, de decimis.

ſu, nō cū reperiat̃ cōceſſū. Et r̃lr nō ꝑt inferior in aliquo immutare, uel uulnerare cōſtitutionē ſuperioris, in cle. ne Romani, de ele. †Facit ēt gl. in c. fi. de hær. li. 6. q̄ 5 dicit legatū nō poſſe cōmittere cām ſimpl̃r & de plano,[c] &c. q̄a nō ꝑt tollere ſubſtantialia[d] iuris; fortius ergo nō dēt poſſe tollere iſta iura, q̄ ꝓhibēt nō expertū, nec ꝓfeſſū ꝓmoueri ad ꝓlaturā r̃larē. In glo. fi. ibi: *ꝑ tres mēſes.* alii al̃r dñt: ſed Io. And. dicit & meli⁹, hoc eē arbitrariū; ꝓ hoc uide tex. iūcta gl. in c. tū ex l̃ris. ī. de re. in integ. ſuꝑ uer. inſtructus. nā facilius inſtruit̃ unus, q̄ reliquus, cū ingeniū ſuppleat tꝑs. Sed iuxta gl. op. ɔ̄ tex. in eo, q̄d in fi. dicit iſtū poſſe iterū eligi poſt, q̄ fuerit iſtruct⁹ & urgēs neceſsitas, & euidēs utilitas monaſt. poſtulauerit. ur̃. n. ſatis eē, ꝙ ſit iſtructus; neq; dēt requiri alia neceſsitas. Sufficit. n. ꝙ monaſt. uacet. Sed Inn. ſupplet ad tex. maximè. q. d. ꝙ iſte poterit eligi, ſicut q̄libet alius de monaſt. ex quo inſtructus ē in r̃la. Vel ꝑt dici ſm̄ Hoſ. ꝙ ſi eſt inſtruct⁹, & ñ bñ adhuc exꝑtus, poterit eligi urgēte neceſsitate, ſeu utilitate monaſt. Nā ceſſantib. iſtis nō dēt eligi, ex quo ñ eſt bñ adhuc exꝑtus; licet ſit inſtruct⁹. ſed ſi tāto tꝑe ſtetit in monaſt. ꝙ ſit inſtruct⁹ & exꝑt⁹, hēt locū primū dictū. Et hæc ɔſideratio mihi placet. nā monaſt. hoc ñ dēbat uacare ultra tres mēſes, ut ī c. q̄a ꝓꝑ ī. e. uel ſaltē ultra ſex ſm̄ iura antiq̄. Vñ ñ erat ꝓſūptio, ꝙ ī tā breui tꝑe iſte poſſet ꝓfectè experiri r̃lam mona. cū a iure dēt ann⁹, ut ī c. ad ad opoſ. de re. Meritò pa. hic exigit neceſsitatē & euidētē utilitatē mon. ad hoc ut iſte poſsit in eadē uacatiōe aſſumi ī ab. Et no. iſtū tex. q̄a ſin. ē ſm̄ iſtū intell̃m, ꝙ ɔpetēter iſtructus in r̃la, licet ñ plenè exꝑtus; q̄a ñ ſtetit magno tꝑe ī monaſt; ꝑt eligi i ab. urgēte neceſsitate, uel utilitate monaſt; q̄d bñ tene mēti. Sed q̄ro, nūq̄d laic⁹ ſeu cler. ſecularis poſsit eligi ī monachū? Inn. ꝙ ñ, ſed dēt poſtulari. Ho. dicit meli⁹ ꝙ q̄cq̄d dicat Inn. ꝙ cle. & laici quotidie īt rāt monaſ. Et hoc dictū puto uerīſsimū ꝓſerti: q̄a ad eē monachi ñ req̄rit̃, ꝙ ſit cleric⁹. 16. q. 1. c. gñal̃c. †Imò ēt excōicat⁹ obligat̃[e] monaſt. ex ꝓfeſsiōe ſua, ut le. & no. ī c. cū illorū, de ſen. exc. †Sed q̄ro q̄uō potuit effici iſte monach⁹ uacāte monaſt. cū ſine abbate non ꝑt q̄s monachari[f] in ali- quo mona-

f Monachari. Adde quod uol. Cal. conſi. 16.

quo monaſterio? Pro hoc. 18.q.2.nullā,& in c.porrectū,de reg.Sol.dicit Io.An.ꝙ pt intelligi tex.dupliciter.Priò,ꝙ iſte fuit effect⁹ monach⁹ alteri⁹ monaſterii;& hoc caſu ceſſat ꝯriū.Scđò pt intelligi,ꝙ fuit effect⁹ monach⁹ iſti⁹ menaſterii uacātis:& tūc ad ꝯriū rñde,ꝙ ꝓcedit qñ receptio monachi ſpectat ad ſolū Abbatē;quo caſu uacāte monaſterio ptās nō trāſit in caplm.Sed hic poterat ſpectare receptio ad Abbatē & cōuētū ſimul;quo caſu ptās reſidet in monaſterio uacāte,ut ē hodiè tex.no.ī c.ſi.de reg.li.6. Itē poterat ſpectare receptio ad ſolū cōuētū,ſm eū.Et no.diligēter hoc dictū,ut ꝯſuetudine poſſit iduci,ꝙ creatio monachorū eſpectet ad cōuētū.Adduco ī ar.c.unicū,ſe.ua.li.6. ubi creatio monachorū pt ptinere ad ſolū caplm,ad idē.c.cū eccl.Vulterana.ſ.e.

1 Excommunicatus minori excommunicatione poteſt eſſe in numero eligentium:non tamen poteſt eligi.4.6.8.
2 Papa,quo caſu debet,uel poteſt uti plenitudine poteſtatis.
Plenitudo poteſtatis,in quo conſiſtat,& quid importet.3.
5 Teſtis exiſtens in peccato mortali an repellatur a teſtimonio.
7 Excommunicati ſi interuenerunt in aliquo actu,an ille actus ruat uel ſaltem reſpectu habilium remaneat firmus.
Inhabilitas unius,utrum ſuppleatur p inhabilitatem alterius. 10.
Illi q non erāt uocādi,ñ pñt agere de contēptu ſi non fuerūt uocati.
Excommunicatio quomodo cognoſcatur an ſit maior uel minor?
Excommunicationis appellatione in dubio uenit maior.
10 Vtile per inutile,an & quando uitietur.

CAP. XXXIX.

Illa quotidiana. Electio aīs canonica cōfirmaꝫ; licet qdam eligētiū eſſēt minori excōicatiōe ligati.h.d.In prima ponit facti narratio.In ſcđa ipſi⁹ cōfirmō,ibi: *quo*.Caſus lra.Quidā elect⁹ fuit ī Epm ſiue ī aliū plātū.hac ī elec.interfuerūt qdā,q p ſolā ptīcipatione inciderāt ī excōicationē minorē.Dubitabaꝫ, an pp hoc electio uitiareꝫ. cōſultus pp rñdet,ꝙ ꝓ certo inuenit electionē illā canonicā extitiſſe;& ideò eā cōfirmauit.Verūtñ ſi ꝗs delect⁹ fuerit pp hoc,ꝙ illi excōicati minori excōicatiōe interfuerūt, pp
1 ſupplet de plenitudine ptātis Ber.† No.1.ꝙ electio ñ dr̄ minus canonica ex eo,ꝙ excōicati minori excōicatiōe, fuerūt admiſſi ad eligēdū.Rō ē:qa minor excōicatio ñ priuat ptāte eligēdi actiuè,ſed paſſiuè tm̄,ut ī c.ſi celebrat,de cle. exc. mi.ubi ſatis ꝓbaꝫ,qđ prius dixi.Scđò no. ibi: *de plenitudine ptātis*,ꝙ pp hēt plenitudinē ptātis: ſed uocāꝫ alii plati ī ptē ſolicitudinis,ut ī c.ad honorē.j.de uſu palii.Nā ptās eccliē fundaꝫ ī pp tāq̄ in capite:& alii plati,tāq̄ mēbra capitis,mouēꝫ ad nutū ipſius;de quo dicēdū,ut plenè dico ī c.ex geſtis
2 de cle.ñ reſi.ī lec.† An aūt pp ᵃ dēat indifferēter uti plenitudine ptātis,uide qđ no.dicit In.ī c.innotuit,ſ.e. qđ raro, & ex cā dēt pp uti plenitudine ptātis,& intelligo de hac plenitudine,q ē ſ.legē ᴬ ſcriptā,qñ.ſ.uult diſponere ꝯ legē ſcriptā,utēdo potētia abſoluta,q cōſiſtit ī plenitudine ſuæ ptātis,& q cēſeꝫ exēpta a laqo l.ſcriptæ,ut ī c.ſignificaſti.ſ.c. &
3 ī c.ꝓpoſuit,de cōceſ. pb.& uide gl.ī c.ubi piculū,e.ti. li. 6.† No.ulterius,ꝙ ſuppletio,q̄ facit Princeps de plenitudine ᵇ ptātis,referꝫ qñq; ad defectū extrinſecū,ſicut hic,quo ad excōicationē eligētiū,ꝓſuppoſito,ꝙ illa excōicatio habuiſſet uitiare.Et p hoc lita qđ no.Spe.in ti.de le.§.oſtēdēdū, uer. 18.ubi dicit,ꝙ iſta clā,Supplētes de plenitudine ptātis &c. referꝫ ſolū ad defectū circa ſolēnia intrīſecū,& idē Arch.in c.Cenomanēſem.56.di.de quo dixi ī c.1.de trā.Nā illud dictū Spe.& Arch.ꝓcedit,ubi ſimplr apponiꝫ illa clā:ſec⁹ ubi hēt determinationē ad defectū,ēt extrinſecū:qa tūc ſupplet ēt reſpectu illi⁹ defect⁹,ut ꝓbaꝫ hic;dēnt ergo pōderari uer
4 ba clæ.† No.ibi:*ſimplicis excōicatiōis*,ꝙ excōicatio, q ꝯhiꝫ ex ptīcipatiōe cū excōicato,dr̄ ſimplex;& alio uocabulo appellaꝫ minor.& fortè dr̄ ſimplex reſpectu effect⁹, qa excōicatio maior duplicē hēt effectū:qa priuat cōione hoim, & ptīcipatiōe ſacrorū.Sed excōicatio minor ſolū priuat ptīcipatione ſacrorū;uñ hēt ſimplicē effectū,ut probaꝫ ī c.ſi celebrat,ꝓal.iūcto.c.a nobis.j.đ excep.† Sed ꝯ iſtū tex.op.Participās cū excōicato peccat mortaliter,ſaltē qñq; iuxta ea q plenè dixi in ca.ſacris.j.qđ met. cau. Sed pctm̄ mortale repellit a teſtimonio,ut ī c.teſti.de teſti.Itē ab accuſa.ut in c.1.de acc.dēt repellere ēt ab ele.ꝓſertim cū electio ſit actus ſpūalis,ut in c.Maſſana j.e.& ꝓdicta ſꝫ tpalia Sol.dicit Io.An.ꝙ qdā ſꝫ act⁹, quorū exercitiū cōcernit alterius ꝓiudiciū;& tūc pctm̄ mortale repellit ab illis actib.& ī his ꝓcedūt ꝯria. Quidā ſꝫ act⁹,quorū nō eſt exercitiū ī alteri⁹ ꝓiudiciū,ſđ poti⁹ uerſaꝫ circa expletionē iure ꝓprio;& tūc pctm̄ mortale nō repellit illis actib.ut ī cāu nro.vtrū āt oē pctm̄ mortale repellat a teſtimonio, ᶜ uł ab accuſatiōe,ut dixi in d.c.teſtimoniū, & ī d.
6 c.1.† dic ēt formali⁹,ꝙ effectus excōicatiōis minoris ñ opponiꝫ iuri eligēdi actiuè;ſed iuri eligēdi paſſiuè:qa,ut ꝓdixi,excōicatio minor ñ repellit a cōione hoim nec a ꝓſecutiōe iuris ꝓprii:ſed ſolū a ptīcipatiōe ſacrorū,ut ī d. c.ſi celebrat. Sed is,q eligit, nō utiꝫ ſacramētis ſibi ꝓhibitis,cū nō uerſeꝫ ſacrm̄ in elec. meritò nō dēt repelli ab elec.Sed eligi nō pt; qa eligiꝫ ut adminiſtret ſacra diuina,a qb. ipſe remotus eſt pp excōicationē; meritò de eo ñ pt fieri electio.Et ex ꝓdictis ꝯcluditꝫ, ꝙ iſta ſuppletio,q̄ fecit pp,nō fuit ex neceſſitate,ſed ex abūdāti, tū ut ſatisfieret opponētib.tū fortè pp timoroſas aliquorū cōſciētias,q credebāt electionē illā eē minus canonicā ex interuentu illorū excōicatorū.Prædicta ꝓcedūt,qñ admittūꝫ ad eligēdū excōicati minori excōicatiōe
7 ligati.† Sed dubiū magnū ᵈ eſt, qđ ſi admittāꝫ aliq maiori excōicatiōe ligati nū qđ īficieꝫ tota electio ꝓpter admiſſionē iſtorū,an dēat ſuſtineri electio pp eos,q fuerūt habiles? ᵉ & hāc. q. multū ꝓſequitꝫ In.hic,& alii poſt eū: ī aliqb. tñ ipſe Inn. ſentit ꝯriū eorū,q dixi hic,in c.ſi.j.de procura.quam mām expedias, ꝓut ibi dixi. Nā de hoc ibi eſt tex. not.& melius cadit ibi ma, quàm hic.ubi etiam tetigi, quid

ᵃ SEB. SAPIA. An aūt pp.Adde Aug.ī l.bñ a Zenōe,col.2.C. de q̄d. ꝓſcr.P.de Ca.ī l.cēturio.co.1.& ibi Ale.col.7.ff.đ uul.& pup.ubi dīt ꝙ in dubio Princeps utiꝫ iure cōi,ñ abſoluta ptāte.uide ēt Feli.c.cū inter,col.4.de excep.ubi aliqs ponit qđ operēꝫ clā,de plenitudine ptātis.uide ēt Bal.in ti.de pa.Cōſtan.col.20.uer.ñ obſtat.ubi dicit, ꝙ popu lus Romanus nūq̄ fuit uſus plenitudine ptātis nec ī iure ciuili repiꝫ hæc forma. & tō dicit idē Bal.in l.antepe.ī 2.no. C. q.admit.ꝙ factum ſupioris debet interpretari, ut non ſit uſus plenitudine ptātis, qa ea nō debet uti, niſi ex cā.& hoc etiam dicit in Papa Gemi. in conſilio 36. co. ſi.Cal. in conſil. 8. ante ſi. in ſi. de re ſcrip.d.Fran.Curt. ſenior in conſ. 20. col.2.cū ſequentibus. ubi plura de plenitudine poteſtatis,& Are.ī cōſ. 165.col.x. circa ſecundum dubium.

ᵇ De plenitudine. Adde de hac clauſula, per eundem conſi.62.& ibi dū ſubditur, ſupplentes.&c. per Franc. Aret.cōſi. 15. Ale. conſi.2.1.lib.

ATN. FRAN. Adde, quòd iſta clauſula, de plenitudine ptātis, includit defectus ſolēnitatis, non aūt defectus inhabilitatis, uel alios defectus naturales,ut per Specu.in titul. de leg.§.nunc oſtēdendum eſt,uer.& no.ꝙ ſi clauſula,& ibi per Bal. in addi. & habetur per Alex. in conſi. 63. in 1. parte cōſiliorū.Et adde ꝙ talis clauſula nō fuit in uſu an̄ conceſſum imperiū Cæſari ſecundū Bald. in tit. de pace Cōſtan.in §.libellariæ, in 1. col.circa ſi.Et adde etiā ꝙ iſta clauſula Supplētes nēs defectus de plenitudine ptātis, operatur tm̄ circa defectus iuris poſitiui,nec inducit abſolutionem ab excōmunicatione,ut per do.Card.in clem.2. in §.cæterum, in 3. no.de re iudi.& habeꝫ per Alex.in conſi.79.in 1.parte conſi.

† quia ipſe nō habet plenā ptātē ſupra ius diuinū,ī c. ſunt qđ 25. q. 1.& ca. ſi. pior. j. de uſur.

ᶜ Teſtimonio. Adde Fed.conſi.120.

ᵈ SEB. SAPIA. Sed dubiū magnū.Vide Bal.in l.1. C. ſi rector ꝓuin. ubi dicit,ꝙ canonici excōicati ab Epo,ſi eligūt,non perdūt uocē in ſcrutinio.uide etiā Bal. in margarita ſua in uerb. excōicatus.ubi dicit,ꝙ excōicatus non habet ius eligēdi,allegat Inn.in c.cū dilectus ſ.de conſue. & uide Firma.in trac.de Epo,in 3.parte.q. 31.lib. 1.ubi etiam tangit, an ſi fuerit facta electio, uitietur per unum excōicatū? Nunquid aūt excōicatus poſſit conferre beneficia,latè examinat. d. Io. de Syl. in tra.de beneficio. q.4.in 3.parte principali,ubi enumerat,quæ poſſit facere excommunicatus,& quæ non.

ᵉ Habiles. Adde Oldr.conſi.159.& ibi uide,an ſit differentia inter ſuſpenſionem iuris,uel hominis.

ſi admittunť aliqui inhabiles alia inhabi-
a litate, [a] q̄ excōicatiōis? & uide ēt qđ no. Io.An.ī reg.qđ alicui,ī Merc.li.6. Ad idē certū ē,q notoriè excōicati,ñ dñt admitti ſciēter p alios;alś tota electio corruit, ut ī d.c.ſi.& facit tex.hic ī ar.a ɔ̄rio ſēſ. Sđ dubiū ē,qđ ſi excōicati ñ pñt de c.repelli de iure,uel de facto?dixerūt hic In.& Cōpo.q pñt admitti pmiſſa ꝓteſtatiōe,q ñ intēdunt eis cōicare ius eligendi;& poterit fieri ꝓteſtatio publicè, uel occultè, ſi uerisimile timeť,ar.ī c.1.qđ me.cau.& ī c.ſi.de ele.li.6.ſi aūt pñt de ca. repelli,tunc oīno sť repellendi:alś electio habiliū eſt nulla ī odiū eorū,q ſciēter admiſerūt excōicatos,ut ī d.c.ſi.Sed Hoſ.inſurgit ɔ̄ primū mēbrū.Dicit.n.q iſte ñ ē caſus,ī quo licita ſit cōio cū excōicato,cū nō ɔputeť ī caſib.cōtētis.11.q.3.c.quoniā multos.Iō dat ipſe aliud remediū nō excōicatis:ut ſi ñ pñt expellere excōicatos, recedāt tūc a c.& ɔgregēt alia uice, excōicatis nō uocatis,nec admiſsis;nec poterūt agere de cōtēptu:qa ñ erāt uocādi,ex quo erāt excōicati.Et uide qđ no.ī c.cū dilect[9],de ɔſue.& ī c.cū iter.R.ſ̄.e.ti.& hęc practica.Hoſ.mihi placet,qñ nō curreret tp̄s electorib.ſed ubi imineret finis termini pfixi ad eligēdū; tūc p p neceſſitatē iſtātē poterit ſeruari practica In.& Cōp.qa ñ dēt qs i[9]ſuū negligere,ut euitet ꝑticipationē excōicatorū,ex quo ſine dāno iuris ſui nō pt euitaŕ,ar.op.ī c.ſi.uerò,& qđ ibi no.ĵ.de ſen.
8 exc.& 11.q.3.añceſſor,& ī d.c.qm̄.†Ingl.1.ibi:*de ɔ̄ria ſuſpēſiōe iudicis*.dic,q ñ ē drīa īter ſuſpēſionē iuris & iudicis.Nam ſi iudex excōicaret aliquē minori excōicatione ſeu ſuſpēderet a ſacris tātū,qđ idē eſt; poſſet iſte ſuſpēſus ſeu excōicat[9] eligeŕ,p ea,q̄ ſ̄.dixi.Et idē dicedū ē ī ſuſpēſiōe iuris,ſeu canonis.Nā ſi canō ſuſpēderet aliquē ſimpľr,celebrādo efficereť irregularis,ut ī c.1.ī ſi.de re iud.li.6.& ī c.cū medicinalis,de ſen.exc.li.6.& uide p Io.An.ī d.c.1.Drīa ergo ɔſiſtit ī hoc, utrū ſit qs ligat[9] excōicatiōe maiori, uel ſuſpēſione maiori,an minori.Nā prio caſu ſiue ſit ligat[9] a iure,ſiue a iudice,ñ pt eligi,nec eligeŕ,ut ī c.cū dilect[9],de ɔſue.& qđ ibi plenè no.In 2.caſu pt eligeŕ,ſed ñ eligi, ut ī
9 d.c.ſi celebrat.†Qualr āt cognoſciť excōicatio maior,uel minor,[b] ſeu ſuſpēſio?dic priò,q dñt inſpici uerba excōicatoris,ſeu ſuſpēdētis & ſi iportāt effectū excōicationis,ſeu ſuſpēſiōis,dř excōicatio maior;alś minor.Cā.n̄. cognoſciť p effectū. In dubio.n.appľone excōicatiōis,vľ ſuſpēſiōis intelligiť de maiori;de quo dic,ut no. in c.pe.& qđ ibi no.de ſen.exc.† In gl.ſi.ī ſi. dicit Io. An.& bñ,q iſtud ar. nō colligiť hic: qa nihil erat hic inutile; & dicit, q
c rľr ñ uitiaŕ utile p iutile.[c]De hoc[d] tñ dic
d ut plenè no.ī r ľa,utile,de re.iur.li.6.uide qđ dixi ī his,q̄ explicāť ab uniuerſitate, vľ a ſingularib.an uitieť totū ex eo,qa aliq erāt ihabiles,ī c.cū ſup.ĵ.de of.de le.& ī d.c.ſi.de ꝑc.Et p hęc utrobiq; no.de terminaŕ ma hic tractata per Inn.Abbas.

ANT. FRAN.

a Circa hoc, quādo admittunť inhabiles cum habilibus;puta nō ꝓfeſſi,uel conuerſi cū ꝓfeſsis, an uitieť tota electio; uide q̄ plenè habentur in c.Maſſana,& in c.ſacroſancta,hoc eo.tit.de elec.

ZACHARIAS.

b Maior uel minor. Adde no.ī c.ſi celebrat,iſto tit.& ca.cōſtōnē,& ca. ſtatuimus,de ſen.exc.li.6.p quo bo. gl.11.q.3.c.multos, & ca.cā.& q.c.excellentiſsimis.

